EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.


Digitized by Google

9.7.349

H 7

Digitized by Google

Digitized by Google



ANNOTAT
AD
JUS PROV
WURTEMB
EX PRINCIPIIS JURIS R
ET SCRIPTIS JURE-
IN ISTO D
MAXIME APPR
DESUMT
ET QUOAD PARTE
SECUNDUM SERIEM AC C
ET PARAGRAPHOR
ADCITATIS INSUPER, LO
RESCRIPTIS DUCALI
QUIB
JUS PROV
DECLARATUR,
VEL EIDEM D
CUM PRIVI

STUTTGARDIÆ, Literis & impenſis B
& DANIELIS BENJAMINI FABRI,

TIONES

D

INCIALE

ERGICUM,

OMANO-GERMANICI,

CONSULTORUM

DUCATU

ROBATORUM

TÆ,

EM POTISSIMAM,

ORDINEM TITULORUM

RUM DIGESTÆ,

OCIS UBIQUE CONGRUIS,

IBUS NOVISSIMIS,

BUS

INCIALE

SUPPLETUR,

DEROGATUR.

VILEGIO.

BERNHARDI MICHAELIS MULLERI,

Typogr. ANNO MDCCXXXV.

Digitized by Google



Digitized by Google

I. N. J.

ANNOTATIONES
Ad
Partem Primam
JURIS PROVINCIALIS WURTEMBERGICI.

I.

De Proceſſu Judiciali pp.

JUs Provinciale Wurtembergicum in quatuor partes diſpeſcitur; prima agit de Proceſſu Judiciali; ſecunda de Contractibus; tertia de Teſtamentis & Ultimis Voluntatibus; quarta de Succeſſionibus ab inteſtato. P. 1. T. 1.

2. Proceſſus eſt ordo juris, ſecundum quem cauſæ controverſæ, in foro competente, inter actorem & reum, præſcripto modo, ſunt peragendæ, excutiendæ & definiendæ. Der erſte Theil vom Gerichtlichen Proceſs.

Vid. D. Joh. Georg. Nicolai, de Proceſſu Judiciario, Part. I. Cap. 1.

3. Dividitur in Ordinarium & Summarium; Ordinarius eſt, in quo præſcriptus ſolennis ordo judiciarius ad unguem eſt obſervandus; Summarius,

marius, in quo de ſimplici & plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, proceditur, obſervatis tantum ſubſtantialibus proceſſus.

conf. Dn. Böhmeri Jus Eccleſiaſt. Lib. 2. Tit. 1. §. 3.

Tit. 1. Wie in Burgerlichen Sachē zu procediren. §. Nachdeme ꝛc.

4. Quemadmodum in dubio omnis cauſa ordinaria eſſe cenſetur, plenamque requirit cognitionem, uſque dum probetur ſummaria vel extraordinaria;

Mevius, Part. I. Dec. 171.

ita, quod in pr. h. t. dicitur: **Daß in allen fürkommenden Rechtfertigungen ſchleunig procedirt werden ſolle;** non id indicat, quaſi in omnibus cauſis ſummarie ſit procedendum, ſed id ſaltem, quod omnes non neceſſariæ dilationes & ambages ſint amputandæ, invita enim altera parte, cauſa ordinaria in proceſſu ſummario agitari nequit.

Carpz. Jurispr. For. P. I. Conſt. 2. def. 18.

partibus vero conſentientibus & volentibus in cauſa ordinaria procedi poteſt ſummarie.

Carpz. d. def. 18. num. 3.

ex accidente enim cauſæ ordinariæ etiam fieri poſſunt ſummariæ, vel per Reſcriptum Principis, vel Compromiſſum partium.

Clement. Sæpe. de Verb. ſignif. vid. Dn. Böhmeri Jus Eccl. Lib. I. tit. 29. §. 11. & 42. itemque d. Lib. I. tit. 43.

5. Sed & in cauſis ſummariis proceſſus à partibus utrinque conſentientibus ordinarie in hoc Ducatu inſtitui poteſt;

Beſoldus ad Jus Provinc. Würtemb. Diſſ. 1. th. 5.

id

R I. t. 2

id quod tamen non intelligendum de cauſis levioris momenti, **von ſchlechten und gemeinen Sachen**, ob prohibitivam Juris Wurtembergici diſpoſitionem, cui pactis privatorum derogari nequit.

L. 38. ff. de pactis.

6. Quando autem in cauſis levioribus, **in ſchlechten und gemeinen Sachen**, ſummarie procedi, in cauſis vero majoribus, **in wichtigen Handlungen**, proceſſus ordinarius obſervari jubetur, ex eo non colligendum, quod in foro Wurtembergico ſaltem leviores cauſæ ad proceſſum ſummarium ſint remittendæ, nulla vero majoris momenti cauſa in ſummario judicio ventilari poſſit, explicanda enim & reſtringenda eſt hæc indefinita Juris Wurtembergici diſpoſitio ex ſpecialioribus Juris Communis textibus, ſecundum quos in certis etiam magni momenti cauſis tantum ſummaria cauſæ cognitio requiritur.

Conſ. Lauterb. Different. Jur. Commun. & Prov. Wurttemb. ad Part. 1. th. 1.

7. In foro Wurtembergico ſimul Judices eſſe prohibentur Cognati uſque ad tertium, Affines vero uſque ad ſecundum gradum incluſive, unde facile patet, quod Conſobrini, qui ſecundum computationem Juris Civilis in hoc juris articulo obſervandam in quarto conſanguinitatis gradu ſibi invicem juncti ſunt; itemque Conſoceri, inter quos proprie loquendo nulla eſt affinitas, ſimul in eodem judicio Judices eſſe non prohibeantur; idem dicendum de fratribus Comprivignis, nec

Tit. 2. **Von Gerichten.** § **Wir ordnen** 2c.

non de fratribus unitis, nam nec inter hos cognatio, nec ulla affinitas contrahitur.

Dn. Stryk, Tract. de Succeſſ. ab inteſt. Diſſ. 8. Cap. 6. §. 25.

cæterum, quid ſtatuendum ſit & obſervandum, quando per gratiam vel ſordes, vel ex alia ratione Judices eliguntur tales, qui qualitatibus & requiſitis à Lege provinciali præſcriptis non ſunt inſtructi.

de eo vid. Reſcriptum Noviſſ. *d. d. 12. Jun. 1730.*

Conf. Der Richter Eyd.

8. Quod Judices in hoc Ducatu etiam ſecundum ſingularia Statuta & conſuetudines, in caſibus Jure provinciali non comprehenſis, judicare jubentur, exinde colligitur, non omnes conſuetudines ſingularium locorum hujus Ducatus ſublatas eſſe.

Vid. Beſold ad Jus Prov. Wart. Diſp. 1. th. 7. add. Ord. Dicaſt. Part. 3. tit. 24. §. 4.

quare Judex adverſus talem conſuetudinem pronuncians litem non minus ſuam facit, quam ille, qui contra jus ſcriptum pronunciat, & talis ſententia non minus ipſo jure nulla eſt, quam quæ contra jus ſcriptum prolata.

B. *D. Harppr. Conſ. 58. num. 212 & 213.*

quomodo autem talis conſuetudo probanda ſit.

Vid. d. Conſ. num. 218. & ſeqq.

cæterum, quod nulla Juri provinciali contraria conſuetudo attendi poſſit debeatue in hoc Ducatu, pateſcit ex Epilogo d. Juris provincialis.

Vid. D. Harppr. d. l. num. 239. & ſeqq. Ejusd. Diſſert. de nonnullis Juris Commun & Wurt. Different. th. 1.

Tit. 3. Vom Amt der Stabhalter und Richter.

9. Non ſolum Præfecti & Judices in Civitatibus, ſed etiam Sculteti & Scabini in

Pagis

Pagis, jurisdictionem habent in Ducatu Wurtembergico, & in cauſis civilibus jus reddunt.

Vid. Jus Prov. p. 1. tit. 1. ibi: Dorf-Gerichte. *tit. 4.* §. So aber *tit. 59.* §. Da aber & *paſſim. Lauterb. de Teſtamento Judiciciali, th. 18.*

Judices autem Tutelares, & qui hæreditatibus dividendis interſunt, die Theil- und Wayſen-Richtere, proprie jurisdictionem non habent, nec eorum ſententia in rem judicatam tranſit.

D. Schoepf de Proc. Appellat. in Duc. Wurtt. Cap. 8. §. 16. add. Dn. D. Graſs Diſs. de Arbitriis Fam. erc. §. 8.

10. Sicuti Subditi Wurtembergici ad Judicem extraneum, in ſpecie ad Judicium Rothvvilenſe & Provinciale Suevicum, evocari nequeunt, ſed coram judice competente, ſcil. in foro domicilii Ordinario, conveniri debent, in quacunque cauſa, caſibus quoque reſervatis non exceptis, auch die Ehehafftinen nicht ausgenommen, ab actore cujuscunque conditionis. §. Wir wollen auch ꝛc.

Vid. de privilegio hoc exemtionis fori & de non evocando Dn. Ludvvig de Prærogativis Wurtembergici Ducatus, Sect. 2. Cap. 3. per tot. Dn. Burckhardus, Conſiliarius Regim. Wurtemb. in pecul. Tract. qui inſcribitur, Württemberg. Klee-Blatt dreyer *Privilegiorum, Exemtionis fori, Auſtregarum & de non Appellando, per tot. inprimis, Cap. 12. §. 7. & ſeq. add. Dn. D. Schœpff Tr. de Proceſſu Summi Appellat. Tribunalis Ducatus Wurtemb. Cap. 1. §. 2. & ſeq. add. infr. not. §. 117.*

ita nec ii, qui in Circulo Suevico fixam ſedem habent, coram Judicio Rothvvilenſi conveniri poſſunt à ſubdito Wurtembergico.

Sec. Ordinat. Provinc. pag. 302. §. und wie, *D. Bardili, Diſp. de Retorſione Juris. Th. 16.*

& ſecundum Reſcriptum quidem Noviſſ. provocationes ad Judicium Rothvvilenſe aliaque judicia extranea Subditis in hoc Ducatu non ſolum ſub mulcta 14. flor. in Ordinat. provinciali Wurttemb. tit. 10. §. 3. præſcripta, ſed plane ſub pœna 50. marcarum auri, ſive 7200. Flor. in d. Privilegio Exemtionis Maximilianeo de A. 1445. conſtituta, Fiſco Ducali inferenda, interdictæ ſunt.

Vid. Reſcr. Ducale d. d. 28. Jan. 1728.

ex quo porrò ſequitur, quod nec in loco Contractus ſubjicere ſe poſſit jurisdictioni Judicis extranei Civis Wurtembergicus, ſuoque proprio foro renunciare, cum hoc ſcil. effectu, ut ad citationem Judicis in locum contractus reverti debeat, ſi ibi non reperiatur, talis enim obligatio, ceu contra Legis prohibitionem inita, nulla pronunciatur.

in d. Ord. Prov. pag. 301. §. 8. add. Lindenſpuhr, ad h. l. pag. 48. num. 4. add. Dn. Ludevvig d. Tr. Sect. 2. Cap. 3. §. 7.

cæterum, quid Jure Communi obtineat hoc in caſu,

Vid. D. Bardili, Diſp. de Competentia fori rat. Contractus, Cap. 8. num. 15. & ſeq. Dn. Stryck, de Cautel. Contract. Sect. 1. Cap. 5. §. 18.

§. Wir wollen ꝛc. 11. Partes invitæ ad aliud judicium nec in ipſo Ducatu trahi poſſunt, niſi cauſa ad alium Judicem remittatur, vel jurisdictio à partibus prorogetur; poteſt enim e. g. Miniſter Eccleſiæ in chirographo exceptioni fori

renun-

renunciare, eaque de cauſa coram Judice ſeculari conveniri, modo cauſa non ſit Eccleſiaſtica, quæ non eſt prorogabilis; poteſt item Studioſus in cauſa particulari civili prorogare jurisdictionem in Magiſtratum oppidanum; quamvis in totum hæ perſonæ Jurisdictioni Eccleſiaſticæ vel Academicæ ſeſe eximere haud poſſint.

Dn. Stryk in Uſu Mod. Tit. de Jurisdict. §. 14. in fin. Idem, de Cautel. Contract. Sect. 1. Cap. 5. §. 18. in fin.

12. Quando Judex tanquam ſuſpectus recuſatur, cauſæ ſuſpicionum de jure civili non ſolum ſunt allegandæ, ſed etiam legitime probandæ, quod cum ſæpe non ſine periculo & difficultate fieri poſſit, novum quoddam remedium excogitavit Jus Canonicum, quo facilius quivis Judex recuſari & forum Ordinarium declinari poteſt, ſcil. Juramentum, quod vocant, perhorreſcentiæ, quo quis ad ſuperioris Judicis delationem aſſeverat, ſe valde timere, ne ab inferiore Judice æquam & incorruptam impetret juſtitiæ adminiſtrationem.

Tit. 4. Von Recuſation der Richter.

Cap. 11. de Reſcr. in 6. Lauterb. Diſp. de Jure perhorreſc. Th. 6. Dn. Bœhmeri Jus Eccl. Lib. 2. Cap. 2. §. 72. & ſeq.

Jure verò Wurtembergico nec hoc remedio ſemper opus eſt, ſed cauſæ recuſationis libello ſupplici inſerendæ ſunt, ut in Conſilio Juſtitiæ deſuper cognoſcatur, quo facto cauſa ad Judicem impartialem, & quidem eum, quem è tribus à parte impetrante nominatis altera pars elegit, remitti ſolet.

§. Dieweil 2c.

Conf. Lauterb. Different. Jur. Comm. & Prov. Wurtemb. ad part. 1. tit. 4. th. 9.

§. So aber ꝛc. 13. Ipſe ergo Judex recuſatus nullam ſuper cauſis ſuſpicionis cognitionem habet, ſed quamprimum recuſatio interpoſita, ſuperſedere cauſæ cognitione, nec ad ulteriora procedere debet, perinde enim recuſatio, ut appellatio, ſuſpendit jurisdictionem ejus, & quicquid ultra factum, invalidum ſit, & pro attentato habetur.

Nicolai de Proc. Judic. Lib. 1. Cap. 22. num. 4. pag. 223. in fin.

Tit. 8. Von der *Jurisdiction* und Gerichts-Zwang. 14. Judices amicabilem inter partes compoſitionem tum in cauſis injuriarum, tum in aliis quibusvis, non tantum ab initio litis tentare poſſunt, imò debent;

Vid. Reſcr. Duc. *d. d. 24. Mart. 1679. & d. d. 3. Jan. 1680.*

§. Fürs andere ꝛc. verum etiam in qualibet judicii parte:

Receſſ. Imp. de A. 1654. §. zweytens. *D. Harppr. de Tranſact. Judiciali, th. 5. p. 5. & 6.*

ſi verò Judex eam omiſerit, proceſſus propterea non redditur nullus.

d. Diſſert. th. 6.

cauſæ autem notoriæ & liquidæ non ad proceſſum remittendæ, ſed ex officio decidendæ, & executioni mandandæ ſunt.

Vid. Reſcr. modò alleg.

§. Woſern aber ꝛc. 15. Uti ad compromittendum, ita etiam ad tranſigendum regulariter nemo compelli poteſt invitus, compromittere enim eſt res libera, extra neceſſitatem juris & jurisdictionis poſita,

L. 7.

L. 7. C. de feriis. Lauterb. Tract. Synopt. de Arbitris Compromiſſ. §. 6.

& concordia ſuaderi ſaltem poteſt, non imperari, dantur tamen caſus excepti, ubi etiam tranſactio imperata locum habet, v. g. ſi lis diu duravit, ſi lis ſit inter Verbi Divini Miniſtros, inter perſonas proxima cognatione junctas &c.

D. Harppr. d. Diſſertat. de Tranſact. judic. th. 7. & ſeq. conf. Id. in Conſ. 98 add. Carpz. Jpr. For. P. 1. Conſt. 1. def. 11. Bœhmeri Jus Eccl. Lib. I. Tit. 36. §. 3. & ſq.

16. Compromiſſo in certum Collegium facto, v. g. in das Statt- oder Hof-Gericht, non ſinguli de Collegio electi cenſentur; §. Im Fall aber ꝛc.

arg. L. 2. ff. Quoad cujusque Univerſit.

Unde ſufficit, ſi duæ Collegii partes, aut tot præſentes fuerint, ac ſententiam dixerint, quot alias requiruntur ad ejusmodi cauſam decidendam.

arg. L. 3. & 4. d. t. Vid. Ord. Dicaſt. Part. 3. tit. 24. §. 3. Lauterb. Tr. Syn. de Arbitr. Compr. §. 3. & 25.

17. Citatio ad inſtantiam & poſtulationem actoris fieri debet, alias nullius momenti erit proprio motu à Judice decreta, quia in his, quæ privatam utilitatem reſpiciunt, officium ſuum non impertit, niſi deſuper imploratus, caſus exceptos vid. apud Tit. 11. Von Citation der Partheyen. §. Wir ſetzen ꝛc.

Nicolai de Proc. Lib. 1. Cap. 3. n. 25.

18. Porrò Citationem oportet eſſe legitimam, h. e. ut citationi nomen judicis ci- §. Wo auch ꝛc. §. Und wann ꝛc.

 tantis

tantis, rei citandi, actoris petentis reum citari, cauſa, locus judicii, dies & terminus congruus exprimatur, nec non executio ſeu intimatio, itemque relatio nuncii judicialis rite fiat; totus enim proceſſus ob neglectam legitimam citationem corruit, adeo ut nec contumacia inde oriatur, nec præſcriptio interrumpatur, nec jurisdictio perpetuetur.

Nicolai de Proceſſu Lib. I. Cap. 3. n. 3. & ſq. Lauterb. Diſp. de Nuncio, Th. 56. & 57. D. Majer, Diſp. de Contumacia, Th. 16. & ſq.

§. Und dieweil ꝛc. 19. De Jure Civili quævis dilatoria ad minimum ſpatium decendii deſiderat,

L. 69. *ff. de Judiciis.*

§. So dann ꝛc. Sed Jus Provinciale in rebus moram non reſpuentibus & perſonis citandis in eodem cum judice loco exiſtentibus, ad minimum octidui, & de cætero arbitrarium; peremtoriæ verò ſimiliter trium dilatoriarum terminum præfixit.

D. Harppr. Continuat. Different. Jur. Civil. & Wurtemb. Th. 4.

§. Wofern aber ꝛc. 20. Quando citandus eſt extraneus, tum id fieri debet per literas requiſitoriales ſive

§. Wollte dann ꝛc. mutui compaſſus, nam citanti extra territorium impuné non paretur;

L. *fin. ff. de Jurisdict.*

imo nec Præfectus alterius Præfecti ſubditum, licet Præfecturæ illæ unius ſint Domini, citare poteſt, ſed per ſubſidium ſui Judicis, **Vermittelſt ſeiner Obrigkeit**, illum citare debet.

Lauterb.

Lauterb. Differ. Jur. Com. & Pr. W. P. 1. Th. 17. num. 1.

21. Quando in proceſſu edictali creditores edictaliter citantur, tum terminus in citatione iſta præfixus vim habet præcludendi, cum ſit peremtorius, qualis eſt omnis probatorius ad docendum de jure ſuo præfinitus, hinc elapſo eo judex non facile quenquam ad deductionem ſeu probationem ſui Crediti admittere, eique inter privilegiatos Creditores locum concedere debet, licet de credito ejusque prærogativa e documentis conſtet, §. Wir Vogt, ꝛc. pag. 66.

D. Bardili Diſp. de Judicio Concurſus Univerſali, Th. 44.

Quamvis pluribus in locis, etiam in foro Wurtembergico, via agendi & liquidandi tum demum præcludatur, quando ipſa ſententia graduationis ſeu prioritatis, **die Santh- oder End-Urthel**; vel ſententia interlocutoria, per quam creditoribus, qui in termino non comparent, perpetuum ſilentium imponitur, jamjam eſt publicata.

D. Harppr. Reſp. 92. num. 445. & ſeq.

requiritur autem ad hoc, ut Creditores jura ſua actualiter amittant, & à bonis ad maſſam Concurſus ſpectantibus præcludantur 1.) ut à judice competente Citationes Edictales & peremtoriæ binæ rite ac legitime factæ ac inſinuatæ; 2.) ut creditores non comparuerint vel concurſui contradixerint, nec debita ſua liquidaverint, ſed 3.) ſententia præcluſiva vel ad minimum definitiva lata, & ut 4.) nulla juſta cauſa adſit, quæ præclu-

cluſionem hanc impediat, vel remedio aliquo ſuſpenſivo locum faciat.

Vid. Dn. D. Schoepfii Diſſ. de Jure Præcluſionis Creditorum à Judicio Concurſus, §. 7. & ſeq. ubi hæc requiſita latius deducit.

§. Wann und zu welcher Zeit ꝛc. **22.** Tenor juris civilis, vi cujus certæ perſonæ vel in totum, vel ſine venia in jus vocari prohibentur, ſuo modo obſervatur adhuc in Ducatu Wurtembergico, pœna tamen, quæ erat 50. aureorum, Jure provinciali eſt arbitraria. Vitricus autem & Noverca ſine venia in jus vocari poſſunt.

arg. L. 1. *§. fin. de poſtul.* L. *II. C. de furt. D. Harppr. de Juribus Domeſticorum, th.* 14 *add.* Lauterb. *de Singulari Affinium Jure. Diſſert. 2. Cap. 3. §. 11. in fin.*

Tit. 12. Von Ungehorſam der Partheyen.

§. Und nehmlich ꝛc. **23.** Ut quis pro contumace haberi poſſit, requiritur 1.) prævia legitima citatio. 2.) ut contumacia ab adverſario legitimè fuerit accuſata,

L. 37. §. 1. *ff. de Judiciis.*

3.) Ut conditio adverſarii deterior reddita ſit; *arg.* L. *8. ff. ſi quis caut. jud. ſiſt.*

4.) Sententia judicis declaratoria, ad quam citandus contumax.

D Majer Diſp. de Contumacia, th. 4. 22. & ſq. Vid. Dn. D. Schœpff*, Diſp. de Proceſſu in Contumaciam, §. 4. & ſeq. it. §. 12. & ſq.*

§. Doch ſoll ꝛc. **24.** Sola contumacia periculum ſeu diſpendium cauſæ, ſi de ejus juſtitia & veritate conſtet, non infert, diſtinguenda enim cauſa principalis & acceſſoria, poteſt quis in principali victoriam reportare, in acceſſorio autem,

ſcil.

ſcil. puncto expenſarum, in expenſas condemnari.

D. Majer, d. Diſp. th. 31. D. Schœpff, d. Diſſert. §. 17.

25. Hæc duo, ab inſtantia, vel ab actione abſolvi, maxime inter ſe differunt; quodſi enim quis ab actione ipſa abſolvitur, tunc omnis perimitur actio, omneque jus actoris, nec poteſt denuo actor adverſus reum ab actione abſolutum valide experiri, ſed perpetuum ſilentium actori imponitur, ita ut reus in perpetuum ſit tutus, & ipſi exceptio rei judicatæ competat. §. Wofern ꝛc.

Nicolai de Proceſſu, P. 1. *Cap. 33. num. 6.*

Sin autem ab obſervatione judicii tantum abſolvitur, inſtantia ſaltem perimitur, reſervata actori ſua actione, quam denuo, refuſis tamen expenſis, inſtituere, novamque inſtantiam incipere poteſt.

D. Majer, Diſp. de Contumacia, §. 26. Dn. D. Schœpff, d. Diſſert. §. 21.

26. Hodie de Jure Wurtemb. pœna contumaciæ pro varietate ejus aucta eſt, ita ſcil. ut actori prima, ſecunda, vel tertia vice contumaciter-emanenti, unus, duo, vel tres floreni; reo autem ſimiliter non comparenti primo 30. crucigeri, ſecundo florenus, & tertio denique florenus cum dimidio loco pœnæ dictetur, & id quidem eum in finem, ut proceſſus abbrevientur, & judicialiter præfixi termini ac citationes eo curatius obſerventur, quodſi vero non plane emanſerint, ſed ſerius advenerint partes citatæ, tum dimi- Wann der Kläger ꝛc.

dia

dia ſaltem præſcriptæ iſtius mulctæ plectuntur. Sin autem non ipſi litigantes, ſed eorum Advocati vel Procuratores in culpa ſint, & vel plane emanſerint, vel ſerius advenerint, tum non illi, ſed hi prædicta pœna afficiuntur.

Vid. Reſcript Ducale, d. d. 23. Aug. 1728.

Tit. 13. Von erſter und zweyter Einſatzung.

27. In actione reali objectum miſſionis non ſunt omnia bona, ſed petita tantum.

Vid. D. Majer Diſp. de Miſſione in poſſeſſionem ex primo & ſecundo Decreto, Th. 10.

§. In Real-Klagen ꝛc.

ad immiſſionem autem procedi nequit ratione bonorum quæ extra territorium exiſtunt.

Beſold ad Jus Pr. Wurtemb. Diſp. 1. Th. 21.

§. Aber in Perſonal-Klagen ꝛc.

In actione perſonali, Jure Civili Veteri, miſſio fiebat in bona debitoris univerſa.

L. 1. *ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.*

Jure Novellarum in quædam tantum bona, pro menſura ſcil. & quantitate debiti declarati:

Nov. 53. Cap. 2. §. 1.

Jure Wurtemb. ob expenſas etiam ultra quantitatem debiti principalis.

D. Majer d. Diſp. Th. 9.

executio autem fit ſecundum modum à Legibus præſcriptum, primo in mobilibus, deinde in immobilibus, & tandem in incorporalibus.

d. Diſp. Th. 13.

Tit. 16. Von Procuratorn, Anwälden ꝛc.

28. Eſt procuratoris conſtitutio de genere permiſſorum, ut qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe nequeunt, per alios eas poſſint expedire; admittitur ergo in omnibus negotiis tam judicialibus quam extrajudicialibus procurator, exceptis tantum cauſis criminalibus ex parte rei, ſi pœna extendi poſſit ad corporis afflictivam,

&

& cauſis teſtamentariis ſive ultimarum voluntatum, niſi in his Teſtator ipſe præſens ultimam voluntatem per alium exponat, & deſuper interrogatus illam confirmet.

Vid Carpz. Ipr. For. P. 3. Conſt. 3. def. 23. & 27.

29. Cuivis inſtrumento procuratorio, ut pro legitimo & in jure valido habeatur, hæc quatuor requiſita eſſentialia & formalia ineſſe debent: quis, quem, in qua cauſa, & coram quo judice conſtituat procuratorem. §. So dann ꝛc.

D. Scheinemann, Diſp. de Syndicis, Th. 79.

quid vero circa Tutoria, Curatoria, Procuratoria conficienda inprimis ratione perſonarum conſtituentium vel conſtituendarum obſervandum ſit,

Vid. Reſcr. Duc. d. d. 18. Febr. 1632. & d. d. 9. Aug. 1648.

30. Clauſula de rato, quamvis omni mandato ſua natura inſit, adeoque ſuperflua videatur, moribus tamen noſtris ut plurimum adjici ſolet, & in hoc Ducatu quoque neceſſaria eſt, addita inſuper promiſſione loco juramenti facta. §. Da aber ꝛc.

d. Diſp. de Syndicis, Th. 79. D. Bardili Diſp. de Ratihabitione, th. 28.

31. Porro, licet in inſtrumento Syndicatus, æque ac in inſtrumento procuratorio ſola quoque ſigillatio ſufficiat absque ſubſcriptione de Jure Wurtemb. & hinc in formulis procuratoriis ſigillationis tantum mentio fiat, §. Da aber ꝛc.

Vid. Jus. Prov. P. I. Tit. 16. §. Was auch ꝛc. *Ord. Dicaſt. P. I. Tit. 8. pag. 25. D. Scheinemann Diſp. de Syndicis, Th. 76. Dn. D.*

Graſ

Graß in Different. nonnullis inter Jus Comm. & Provinc. Wurtemb. th. 1.

per Reſcriptum tamen Ducale d. d. 9. Aug. 1718. in inſtrumento Syndicatus Univerſitatum præter ſigillum etiam ſubſcriptio in individuo accedere debet, **von Schultheiß, Burgermeiſtern, Gericht und Rath,** nec ſubſcriptio nomine collectivo facta ſufficit.

Dn. D. Schæpff in Tr. de Proceſſu Dicaſter. Cap. 4. §. 5.

§. Und ob ein Gewalt ꝛc. 32. Charta blanca Jure Communi contra ſubſcribentem vel ſigillantem, licet tenor ab alio ſuperſcriptus fuerit, eandem vim probandi habet, ac ſi totum inſtrumentum à ſubſcribente propria manu exaratum eſſet.

D. Bardili Diſp. de Subſcriptione, Cap. 8. num. 26. & 27.

De Jure Wurtemb. tamen non ſufficit talis charta blanca ad perſonam procuratoris legitimandam;

Vid. Jus Provinc. P. I. *Tit. 34.* §. Es ſollen ꝛc.

niſi ſubſcribens ſimul adjecerit, quod data ſit v. g. Titio in cauſa Meviana ad mandatum cum libera; vel literæ partis ſimul producantur, & formula ordinaria ſuperſcribatur, præſtita cautione rati; vel iſtæ literæ omnia requiſita juſti mandati contineant.

Vid. Dn. D. Schæpff d. Tr. Cap. 4. §. 6.

§. Und wo Minderjährige ꝛc. 33. Ad legitimandam Tutoris vel Curatoris perſonam Tutorio vel Curatorio opus eſt, nec ſufficit Teſtamentum, in quo conſtitutus eſt Tutor, vel collationatam ejus copiam exhiberi.

D. Bardili exercitat. ad D. 2. *Concl. 2.*

ſi

ſi vero Tutores vel Curatores coram illo ipſo Magiſtratu litigant, à quo ad officium hoc conſtituti ſunt, tum Tutorio vel Curatorio non opus habent.

Beſold ad Jus Prov. Wurtt. Diſp. 1. Th. 28.

Procuratores autem à Tutoribus vel Curatoribus conſtituti, qui contra Jus Commune etiam ante litem conteſtatam ab hiſce conſtitui poſſunt, non ſolum procuratorium, ſed & Tutorium vel Curatorium ad perſonam ſuam legitimandam coram judicio exhibere tenentur.

Dn. D. Schœpff in Proc. Dicaſt. Cap. 4. § 7.

34. Pater vel ipſe pro liberis in poteſtate ſua conſtitutis in judicio agere, vel procuratorem conſtituere poteſt, conſenſu ipſorum, licet præſentes & ſecundæ ætatis ſint, de Jure Wurtemb. non accedente. §. Ferner ꝛc.

Lauterb. ad Jus Prov. Wurtemb. P. I. th. 50. alind ergo dicendum, ſi liberos non amplius ſub poteſtate habeat, vel ſi nepotes aut neptes ex filia ſint; ex mandato tamen præſumto admittitur avus maternus.

Vid. Dn. D. Schœpff, in Proc. Dicaſt. Cap 4. §. 3.

interdum autem patri tutor vel Curator adjungitur, v. g. ſi prodigus ſit, vel lis ipſi cum filio intercedat.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 1. th. 29.

35. Mater ſola liberis procuratorem non conſtituit, ſed ad hunc actum contutores petere & illorum quoque conſenſum adhibere tenetur, quemadmodum iſtiusmodi contutores etiam ad actum hæreditatis diviſionis, & ſolennis inventarii confectionis conſtitui ſolent. §. Aber die lebende Mutter ꝛc.

lent. Quamvis de cætero mater legitima adminiſtratrix & uſufructuaria, cum conſenſu curatoris ſui omnia, quæ ad adminiſtrationem bonorum adventitiorum ſpectant, in hoc Ducatu valide peragere poſſit.

D. *Harppr.* Diſſert. *de Uſusfructus materni effectibus oneroſis*, §.16. & 17. *pag.* 167.

§. Andere Weibs-Perſohnen, ꝛc.

36. Fœmina ſine Curatore in judicio ſtare nequit.

Wibelius de Contractibus Mulierum, Cap. 3. §. 8. *num.* 39. & *ſeqq.*

hinc talis judicialiter, h. e. a Præfecto & toto judicio mulieri conſtituendus eſt; Judices en. tutelares, & qui hæreditatibus dividendis interſunt, die Theil- und Waysen-Richtere, quippe qui jurisdictionem proprie non habent, Curatorem minus recte conſtituunt, & ſi quæ acta ſunt à muliere cum tali Curatore, ea ipſo jure nulla ſunt.

Wibelius de Contract. mul. pag. 159. & *ſeqq.* & *pag.*325. *num.* 24. D. *Harppr.* Reſp. 89. *n.* 23. & *ſeqq.*

In judicio tamen Tutelari Principis Curator etiam ab uno conſtitui poteſt.

D*n. Stryk, Uſ. mod. ad Tit. de Tut. & Cur. datis &c.* §. 10. D*n. Schœpff*, Dec. 285. *n.* 6. & *ſq.*

hinc licet extranea ſit, ſi in foro Wurtembergico agat, Curatorem ad litem accipere tenetur.

Wibel. d. Cap. 3. §. 8. *num.* 14. & *ſeqq.* D. *Bardili* Diſp. *de Curatore ad litem*, *th.* 34.

& ſi Mulier Wurtembergica extra Ducatum litiget, Curatore ea itidem opus habet.

Vid. Beſold ad Jus Pr. W. Diſp. 1. *th.* 32.

fœmina

fœmina quoque nobilis, item avia & mater, ſi tutrices ſint liberorum, curatore indigent.

D. *Bardili. d. Diſp. th. 36. & 37.*

hinc etiam Uxor ſola hodie nemini, ne quidem marito, ſine conſenſu Curatoris litem mandare poteſt.

Vid. §. Nach dieſer Form ꝛc. *h. t.*

maritus autem, ſi cauſa concernit uxorem majorennem, cum uxore absque alio ſpeciali Curatore procuratorem recte conſtituit. Vidua vel virgo cum Curatore ad litem. E contrario ſolus Curator abſente vel ignorante muliere procuratorem conſtituere vel in judicio agere nequit.

Vid. Dn. D. *Schœpff, de* Proc. Dic. *Cap. 4. §. 7. add. infr. not. Lib. 2. Tit. 29. §. 133.*

37. Si mandatum ſive procuratorium ab extraneo producatur in foro Wurtemb. tum reſpiciendum eſt ad forum domicilii, & ſi ſecundum ſtylum Juris Communis, Cameræ Imperialis vel fori domicilii, in quo procurator dandus, procuratorium rite & legitime conceptum ſit, non rejicitur, licet ſecundum Jura Provinc. Wurtemb. mancum ſit & defectu aliquo laboret. §. Dieweil auch ꝛc.

Ord. Dicaſt. Part. *3. Tit. 1. §. 7.* Dn. D. *Schœpff de* Proceſſu *Dicaſt. Wurtemb. Cap. 4. §. 12.*

38. Civitas non niſi per Syndicum agere vel conveniri poteſt, ne ſcil. defenſio vel actio per plures ſciſſa incommodo officiat adverſarium. §. Wo auch ꝛc.

Brunnem. ad L. 3. *ff. Quod cujusque Univerſit. nom. n. 2.*

Procuratores autem Communitatum ſive Syndici conſtituuntur ab iis, qui Communitatem ſive Univerſitatem repræſentant, nimirum à Conſulibus, Senatoribus & Judicibus, **von Burgermeiſtern, Gericht und Rath.**

D. *Scheinemann de Syndicis*, *th.* 35.

Conſules ergo, quia Univerſitatem ſoli non repræſentant, ſine mandato agere nequeunt.

Beſold ad Jus Prov. Wurtemb. Diſp. 1. *th.* 33.

§. Wer dann 2c. 39. Procurator per litis conteſtationem etiam hodie fit Dominus litis.

Vid. Lauterb. Diſp. *de* Procuratore *Subſtituto*, *Cap.* 3. §. 8. & 10.

cum enim olim alieno nomine neque agere neque excipere actionem liceret, ideo conſtituebant procuratorem quaſi dominum litis, ut non alieno, ſed ſuo quaſi nomine agere videretur; conferatur de origine hujus ficti dominii, ejusque in jure effectibus,

D*n*. *Bœhmeri peculiar.* Diſſert. *de* Dominio *litis.* *Ejusd. Jus Eccl. Lib.* 1. *tit.* 28. §. 18. & *ſeq.*

§. Doch daß 2c. 40. Sine mandato nemo pro alio in judicio agere poteſt.

L. 24. C. *de* Procurator

quamvis autem in perſonis conjunctis præſumatur tale mandatum, tamen cum hæc præſumtio non faciat plenam probationem, proinde requirunt jura, ut iſta cautione de rato confirmetur; hæc enim cautio ceu coadjumentum quoddam legitimationis ante omnia à conjunctis præſtanda eſt, & in quacunque parte judicii etiam ex officio à Judice exigi poteſt.

Lau-

Lauterb. Diſquiſit. de Caut. rati à conjunctis præſtari ſolita, th. 4. & th. 28.

41. Inter perſonas conjunctas, quæ ex mandato præſumto ſub cautione rati pro conjunctis ad agendum vel defendendum in judicio admittuntur, primo loco veniunt Aſcendentes & Deſcendentes; quamvis enim Jus Wurtemb. expreſſe tantum patris, avi ac proavi in linea aſcendente, & filii in deſcendente mentionem faciat, tamen cum reliquos aſcendentes & deſcendentes nullibi excludat, ſtandum hic erit diſpoſitioni Juris Communis, nulla inter hoc & Jus Provinciale admiſſa differentia, §. Ein Vatter ꝛc.

Lauterb. d. Diſquiſit. th. 6. & 10.

42. In linea collaterali cognati tanquam procuratores præſumti usque ad quartum gradum incluſive; affines autem in linea recta indiſtincte, in collaterali vero usque ad ſecundum gradum incluſive admittuntur, modo affinitas per ſponſalia non tantum ſit inchoata, ſed etiam per nuptias perfecta & conſummata, & adhuc duret, nec per mortem ſit ſoluta & denique ſit primi, non vero ſecundi vel tertii generis. d. §. Ein Vatter ꝛc.

Lauterb. d. Diſquiſit th. 16. & ſeq.

43. Maritus quoque loco uxoris agens omnibus modis de rato cavere debet, non attenta hodie diſtinctione inter bona dotalia, paraphernalia & receptitia, neque ſufficit, ſi prætendat Curatelam legitimam, vel offerat inſtrumenta ſibi ab uxore tradita, vel ſpeciale mandatum ſibi ab uxore datum exhibeat. §. Item ein Ehemann ꝛc.

d. Diſqu. th. 15. D. *Bardili de Curatore ad litem. th. 17. & 18.*

Uxor tamen pro marito neque agendo neque defendendo cum cautione rati in judicio admittitur, niſi forte pro eo captivo liberando, vel ad allegandas cauſas abſentiæ in judicio compareat.

Vid. Nicolai de Proc. Lib. 1. *Cap. 7. n. 38.*

d. §. Item ꝛc. 44. Denique pro conjunctis hic etiam habentur Conſortes litis, qui ſimul in eodem libello, in eadem inſtantia, coram eodem judice, de eadem cauſa civili agunt, idemque jus habent, & hi quidem poſt litem demum conteſtatam cum cautione de rato admittuntur.

Lauterb. d. Diſqu. th. 20-29. & ſeq.

§. Und ſollen ꝛc. 45. Et hæ perſonæ conjunctæ pro conjunctis ſuis indiſtincte, ſive hi ſint maſculi, ſive fœminæ, majores ſive minores, curatorem habentes vel non, in judicio, ſine mandato, in omnibus regulariter negotiis civilibus ſtare poſſunt, præſtita ſcilicet cautione rati, quæ hodie plerumque fit nuda promiſſione, **mit Angeloben an den Gerichts-Stab.**

Conf. Ord. Dicaſt. Part. 1. *Tit. 8.* §. 14. Ein Vatter ꝛc. *add.* Lauterb. *ad* Jus Prov. *Wurtemb.* Part. 1. *th.* 33. & 35.

§. Aber in Sachen ꝛc. 46. Excipiuntur negotia, quæ ſpeciale mandatum requirunt; ita nec tranſigere, paciſci, retrahere, reſtitutionem in integrum petere poſſunt tales perſonæ conjunctæ ſine ſpeciali mandato; item, ſi contraria voluntas appareat partis litigantis, nimirum, ſi pro-

cura-

curatorem verum conſtituerit, tum enim præſumtus non admittitur, quia præſumtio cedit veritati; porro, ſi quis agere vellet non ut perſona conjuncta, ſed tanquam procurator, & mandatum allegaret, quod producere non poſſet, tum enim ad hoc beneficium conjunctæ perſonæ ei confugere haud licebit.

Conſ. D. Bardili Diſp. de Falſo Procurat. th. 19.

47. Si plures perſonæ conjunctæ concurrunt, gradu proximior præfertur; ſi in pari gradu, magis idoneus eligendus arbitrio judicis; ſi perſona conjuncta ſit ſpurius, non admittitur; an vero filius naturalis pro matre admittendus ſit? §. Ein Vatter ꝛc.

Vid. Lauterb. *d.* Diſquiſit. *de Caut. rati th. 8. & 10. add Beſold ad J.* P. *IV.* Diſp. *1. th. 36.*

48. Jure civili, quando conjuncti ſine mandato defendunt, non ſufficit cautio de rato, ſed cautio de judicatum ſolvendo requiritur. §. Ob auch jemand ꝛc.

L. *un.* C. *de Satisdat.*

Jus vero Wurtemb. hanc ſaltem à defenſoribus extraneis requirit, non autem à conjunctis, quoad hos enim in ſola cautione de rato acquieſcit.

Vid. §. Item ein Ehemann ꝛc. *ibi*: klagen und Antwort geben. *b. t. Ord.* Dicaſt. P. 1. Tit. *8.* §. *14.* Lauterb. *d.* Diſqu. *th. 26.* D. *Harppr. Contin.* Differ. *Jur. Civ. & Wurtemb. th.* 4.

49. Salarium ſive honorarium Advocatorum ſecundum conſuetudinem fori & patriæ, facundiam & eruditionem Advocati, qualitatem Tit. 17. Von *Advocaten* ꝛc. §. Gleicher-geſtalten ꝛc.

tem & gravitatem cauſæ ac litis eſt conſtituendum & exolvendum, licet Cliens cauſa cadat & ſuccumbat, aut Advocatus eo ſolertia ſua pervenerit, ut facili negotio patrocinetur, in illa ipſa re autem, quam patrocinio ſuo conſervavit, omnibus aliis Clientis ſui creditoribus, etiam privilegiatis, Advocatum ratione ſalarii præferendum eſſe, præjudicio firmat.

Nicolai in Proc. Judic. Lib. 1. Cap. 6. n. 17. ſed vid. D. Harppr. in Trutina 20. pignor. tacit. ſpuriorum, th. 5.

vid. Der *Advocaten* Eyd, *p.* 100

50. Quamvis Advocati jurare teneantur de ſalario ultra morem conſuetum non exigendo, attamen cauſa finita, palmarium, ſive munus à Cliente ſponte oblatum accipere non prohibentur, quædam enim licet inhoneſte petantur, honeſte tamen accipiuntur.

Lauterb. Diſp. de Palmario Advocatorum, th. 7. num. 11. & 12. add. th. 10. 25. & 40.

d. Adv. Eyd.

51. Cavillationibus & fraudibus nec in bona cauſa utendum, quamvis etiam cautelarum reprobatarum notitia neceſſaria ſit Advocato, ut ea ratione adverſarium iſtiusmodi decipulis utentem repellere & à Cliente damnum avertere poſſit, nec injuſtis cauſis patrocinandum ſed potius ſuſcepta, comperta iniquitate, ſtatim dimittenda, licet cauſa vere dubia ſalva conſcientia defendi poſſit.

Nicolai de Proceſſu, Lib. 1. Cap. 6. §. 9. Beſold ad Jus Pr. W. P. 1. th. 47.

Jure Wurtemb. Advocati cauſas injuſtas ſuſcipere prohibentur, ita ut litigantes de iis proſequendis dehortari teneantur, ni mulcta plecti & in expenſas condemnari velint, ſin autem

I. t. 100.

tem juſta cauſa ſit, nulli partium, contra quemcunque etiam actio intentetur, patrocinium ſine ratione denegare poſſunt, ſive litigans facultatibus polleat, ſive pauper ſit & egenus, ſub pœna remotionis ab officio, ſed opulentis pro debito honorario, iis autem, qui notorie cum paupertate conflictantur, gratis inſervire tenentur; ſin autem juſtas excipiendi cauſas habeant, eas porrecto libello ſupplice in Curia Ducali allegare, & deciſionem deſuper expectare tenentur.

ſec. Reſcr. Gen. d. d. 11. Febr. 1651.

52. Jure Civili maritus uxoris curator eſſe prohibetur. *Tit. 18. Von Perſonen, die als untauglich in Rechten ꝛc.*

§. pen. J. de Excuſat. tutor.

hodie autem eſt ejus curator legitimus, niſi ſit minorennis.

Bardili Diſp. *de Curat. ad lit. th. 29.*

aut ſit relegatus, relegati enim amittunt ea, quæ ſunt juris ſtatutarii ſive provincialis. *§. Wir wollen ꝛc.*

d. Diſp. *th. 30.*

in bonis vero receptitiis uxor inſcio marito agere & actiones excipere poteſt, modo curator ad litem ei adjungatur.

d. Diſp. *th. 12.*

53. Perſonis inhabilibus curator ad litem ex officio adjungendus, ne ſcilicet ex defectu curatoris judicium reddatur eluſorium. *§. Item ꝛc.*

Bardili d. Diſſ. th. 21. & 22.

quodſi ordinarius tutor vel curator cauſam agere nolit vel non poſſit, tum ab eo judice, coram quo lis agitur, alius curator ad litem conſtituendus. Si vero perſona curatore indigens in diverſis judiciis diverſas cauſas per-

tractet, tum plures debent curatores conſtitui, & quidem ſinguli à judicibus, coram quibus lis agitur,

d. Diß. th. 14. & 15.

quidſi autem curatore ad litem non dato judex ſententiam ferat ? Si pro minore ſententia lata, ea ſubſiſtit.

arg. L. 14. C. *de Procurat.* D. *Harppr. Conſult. 69. num.* 140.

Si contra eum, nulla eſt, & querela nullitatis impugnari, vel reſtitutio in integrum peti poteſt.

Plebſt ad Jus Pr. *W.* Diſp. 1. *th. 63.*

Verum, ſi quis minorem ultro defendat, adverſus ipſum ſententia tenet, quamvis reſpectu minoris ſit nulla.

Beſold ad J. P. *W.* Diſp. 1. *th. 49.*

Tit. 20. Von *Satisdationen.*

§. Sofern aber ꝛc.

54. Actor, ſi nec fidejuſſores nec pignora invenire poſſit, ad cautionem juratoriam admittitur, quæ cautio locum habet, etiamſi juramentum paupertatis jamjam præſtiterit, cum illa ad diverſum finem tendat; imò, licet actor non ſatis probatæ vitæ ſit, tamen eam præſtare poteſt, modo hoc in caſu non ignominioſam intendat actionem.

D. *Harppr.* Diſp. *de Cautione juratoria th. 61. & 64.*

perſonæ quoque illuſtres, licet immobilia non poſſideant, à cautione reali liberantur, & ad juratoriam admittuntur.

d. Diſp. *th.* 22. & *ſqq.*

§. So aber ꝛc.

55. Bonorum immobilium poſſeſſor ab omni cautione immunis eſt, de Jure Wurtemb.

temb. modo bona immobilia, vel mobilia, quæ immobilibus æquiparantur, ſint ſufficientia, de quibus judex pro ratione litis æſtimat, nec oppignorata; in loco, ubi lis peragitur, vel ad minimum ſub eadem præfectura ſita; & poſſeſſio eorum ſummarie probetur; bona tamen extra territorium ſita cautionis nomine hypothecæ ſubjici poſſunt.

Vid. Lauterb. Diſſert. ad L. *Sciendum* 15. *ff. Qui ſatisd. cog.*

56. Habent dilationes hoc proprium, quod regulariter ſint peremtoriæ, hinc ante terminum elapſum prorogatio petenda, quia facilius prorogatur dilatio, quam nova datur, hæc enim jus parti quæſitum adimit, illa non item: juſta tamen cauſa interveniente reſtitutio in integrum peti poteſt & nova dilatio dari, qualis v. g. eſt abſentia Advocati, vel ſi quis Advocatum habere nequeat &c.

Tit. 21. Von Gerichtlichen *Dilationen.* §. Wo kann &c.

Plebſt. *ad* Jus Prov. *Wurtemb. Diſp.* 1. *th.* 77.

57. Minoribus quoque, Univerſitatibus, Militibus, itemque miſerabilibus perſonis reſtitutio in integrum contra lapſum termini, etiam probatorii, non denegatur.

§. Welcher aber &c.

Nicolai de Proc. *Lib.* 1. *Cap.* 48. *n.* 23.

licet nulla alia læſio probetur, quia amiſſio probationis ſua natura eſt damnoſa.

Carpz. Ipr. For. P. 1. C. 16. *def.* 16. & 19.

imò ex officio brevi quoque manu illa conceditur, ſi judex cauſam reſtitutionis manifeſtam deprehendat.

D. *Harppr. Conſ.* 27. *num.* 207. & *Conſult.* 69. *num.* 26. & *ſeq. add. infr. Tit.* 42.

58. Die-

Tit. 22. Von Ferien §. Dieweil ꝛc.

58. Diebus feriatis in honorem Dei dicatis horrida præconis vox debet ſilere, apparitio omnis tacere, advocatio deliteſcere, cognitiones judiciales, cunctæque executiones ſunt differendæ, & ſi quid ejusmodi factum fuerit, id omne caſſum irritumque eſt; feriis tamen humanis, meſſium, vindemiarum, nundinarum, à partibus, conſentiente judice, renunciari poteſt.

Plebſt ad J. P. *W.* *Diſp.* 1. *th.* 78.

pariter excipiendæ ſunt cauſæ ſtudiorum, alimentorum, carceratorum, pupillorum, viduarum, debilium miſerabiliumque perſonarum, item quæ moram non patiuntur, nec non actus voluntariæ jurisdictionis, & omnes illi, qui ad lites ſopiendas ſpectant, aliaque quæ nullam cognitionem requirunt, & meri facti ſunt, quæ etiam diebus feriatis expediri poſſunt.

Nicolai de Proc. *Lib.* 1. *Cap.* 3. *num.* 38.

Tit. 23. Von *Exceptionen.* §. Es ſeyen aber ꝛc. §. Als dann ꝛc.

59. Exceptio fori declinatoria ante omnes alias opponenda, ſi quis enim, hac omiſſa, aliis exceptionibus utatur, in judicem conſenſiſſe videtur. Forum autem quilibet ſortitur.

1. ratione domicilii, ubi omnes actiones tam reales quam perſonales inſtitui poſſunt.

L. 19. §. 2. *ff. de Judiciis.*

idque etiam poſt domicilii mutationem, ita ſcil. ut non ſolum lites jam inchoatæ,

L. pen. ff. de Jurisdict.

Sed etiam nondum cæptæ, modo actio ante domicilii mutationem quæſita ſit, in loco prioris domicilii inſtitui valeant.

L. 2. *C. de Iurisdict.*

In

In hoc vero Ducatu ille, qui juri civitatis Wurtemb. renunciavit, in loco domicilii à ſe relicti intra annum ſaltem pulſari poteſt.

ſec. Ordinat. Provinc. tit. 2. §. 7.

intra quod ſpatium annuum etiam à ſupremo Dicaſterio Wurtemb. iſte appellare nequit.

Lauterb. Diſp. de Domicilio, Cap. 9. th. 69. D. Harppr. Continuat. Differ. Jur. Civil. & Prov. Wurtemb. th. 1.

2. ratione Contractus ibi quis conveniri poteſt, ubi conventio vel quaſi perfecte celebrata, aut ubi quis ſe ſoluturum promiſit.

D. Bardili Diſp. de Competentia fori ratione Contractus, Cap. 4. Sect. 1. num. 1. & ſqq.

hodie autem ex diſpoſitione Juris Canonici locus contractus non aliter attenditur, niſi reus quoque præſens ibi deprehendatur, abſens enim citatus invitus comparere non tenetur, ſi tamen bona ibidem habeat, poteſt actor miſſionem in poſſeſſionem petere.

d. Diſp. Cap. 5. num. 16. & ſqq. itemque Cap. 8. num. 8. conf. ſupr. not. §. 10.

hæres autem in loco aditionis, ceu quaſi contractus, ad legata præciſe ibi præſtanda compelli non poteſt, ſed vel in loco, ubi major pars hæreditatis ſita eſt, vel in loco domicilii conveniendus, vel alibi, præprimis, ſi teſtator alio loco fideicommiſſum vel legatum præſtari voluerit.

L. 50. pr. & §. fin. ff. de Judic. d. Differt. Cap. 4. Sect. 1. num. 84. add. ſupr. not. §. 10.

quid vero juris ſit, ſi agatur ad reſciſſionem contractus?

vid. d. Diſſ. Cap. 6. num. 10.

3. Quoad

3. quoad forum rei ſitæ nihil intereſt, reus in loco rei ſitæ degat nec ne? inveniatur ibi, vel non.

arg. L. fin. C. ubi in rem act. L. 38. de judic.

nam res ipſa hic trahitur in judicium non perſona; actori tamen electio competit, utrum reum in loco domicilii, an rei ſitæ convenire velit; niſi de facto ſaltem, ſcil. nuda rei reſtitutione agatur, non de jure, v. g. momentanea rei poſſeſſione, unde dejectus quis eſt, quæ per naturam reſtitui non poteſt, niſi ubi eſt.

L. un. C. ubi de moment. poſſ.

idem eſt in omnibus immiſſionibus in rem vel in bona, quæ fieri non poſſunt, niſi ubi bona ſunt.

vid. Dn. Coccejus de fundata in Territorio, & plurium locorum concurrente poteſtate. Tit. 4. §. 4. & ſeqq.

4. ratione cauſæ poſſunt adminiſtratores, tutores, negotiorum geſtores conveniri in loco adminiſtrationis, ita ut reus vocatus ad hunc locum ibi reſpondere teneatur, nec exceptionem incompetentiæ fori allegare poſſit, actori vero electio competat, an in loco domicilii, an vero in loco rei geſtæ eum convenire velit.

L. 1. *C. ubi de ratiocin. Bardili d. Diſp. Cap. 4. Sect. 1. num. 39. & ſeqq.*

§. Solch und dergleichen 2c. 60. Exceptiones dilatoriæ Jure Wurtemb. omnes ſimul uno termino, ante, vel in continenti poſt litem conteſtatam proponi debent; niſi exceptio dilatoria de novo orta ſit & poſt litem conteſtatam demum ſuperveniat; aut ante

antea quidem nata fuerit, verum poſt litem demum conteſtatam ad rei notitiam pervenerit, reusque hoc, quod ſcil. antea cognita non fuerit, juramento probet; vel ſi exceptio dilatoria judicium retro nullum reddat, qualis eſt exceptio illegitimationis, libelli plane inepti, judicis plane incompetentis; aut gravamen habeat ſucceſſivum & continuum tractum; aut pars adverſa oppoſitioni exceptionis conſentiat; aut minor, mulier, aut Eccleſia, aliæque perſonæ, quæ reſtitutione in integrum gaudent, conveniantur &c.

vid. Nicolai de Proceſſu, Lib. 1. Cap. 3. n. 54. & ſeqq.

omiſſæ autem nec in appellatione amplius opponi poſſunt.

Plebſt ad J. P. *W. Diſp.* 1. *th.* 82.

in ſpecie, quod etiam exceptio ſpolii, tanquam dilatoria, poſt litem conteſtatam, non amplius opponi valeat, videre eſt apud

Harppr. Reſp. 5. *num.* 100. *& ſeqq.*

61. Exceptiones peremtoriæ, quæ dicuntur litis finitæ, quales ſunt rei judicatæ, tranſactionis, jurisjurandi, ſolutionis, confuſionis &c. quamvis jure Canonico & moribus ante litem conteſtatam, in vim dilatoriarum, ad ingreſſum litis impediendum opponi poſſint, modo in continenti probari poſſint. §. Und ob wohl ꝛc.

conſ. Lauterb. Diſp. de Confuſione, th. 59.
Bardili Diſp. de Litis Conteſtatione, th. 25.

Jure tamen Provinciali Wurtemb. etiam hæ exceptiones poſt litem demum conteſtatam opponendæ ſunt.

Lauterb. ad Jus Prov. Wurttemb. Part. I. *th.* 50.

62. Cauſa

Tit. 24. Von *Reconventionen.*

62. Cauſa con- & reconventionis ſimultaneo proceſſu tractanda eſt, modo reconventio cum ipſa litis conteſtatione, vel ſtatim poſt illam inſtituatur, alias enim reus hoc beneficio amplius uti nequit.

§. Und ſollen ꝛc.

Beſold ad J. P. *W.* *Diſp.* 1. *th.* 68.

§. Ob aber ꝛc.

63. In cauſa ſpolii reconventio ceſſat, cum ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus; in appellatione vero locum non habet, ne actor beneficio primæ inſtantiæ privetur, nec coram judice compromiſſario, quia compromiſſa ſunt ſtricti juris.

Plebſt ad J. P. *W.* *Diſp.* 1. *th.* 86. & 87.

item ceſſat reconventio, ſi cauſæ qualitas repugnet, ut in matrimonialibus, feudalibus, criminalibus; vel ſi cauſa ad privilegiatum forum pertineat; item ſi cauſa conventionis ſit ſummaria & cauſa reconventionis ordinaria.

Dn. Stryk, in Introduct. ad praxin forenſ. Cap. 14. §. 2. & 4. *Dn. Böhmer, in Jure Eccleſ. Lib.* 2. *Tit.* 4. §. 2. & *ſeqq.*

Tit. 25. De *Litis Conteſtatione.*

64. Litis conteſtatio baſis & fundamentum eſt judicii, qua omiſſa nihil firmiter tractari, nec ad teſtium productionem, & definitivæ ſententiæ pronunciationem procedi poteſt.

§. Die Beveſtigung, ꝛc.

Bardili Diſp. de Litis Conteſtatione, Th. 49.

ex quibus autem verbis animus litem conteſtandi colligatur,

vid. d. Diſp. th. 15. & *ſeqq.*

ſi plures ſint litis conſortes, & unus ex illis litem rite & ſufficienter conteſtatus ſit, reliqui huic litis conteſtationi adhærere poſſunt, modo id expreſſe declaraverint.

d. Diſp. th. 38.

65. Ex-

65. Exceptionibus dilatoriis oppoſitis lis ne quidem per indirectum pro conteſtata habetur, cum illæ tendant ad judicium declinandum, non verò, ut in eo litigetur, hinc etiam regulariter ante litis conteſtationem ſunt opponendæ. §. Und weil ꝛc.

D. *Bardili de* Litis *Conteſtat. Th.* 24.

66. Litis conteſtationem affirmativam ſimplicem communiter fere rejiciunt Ddres, eo quod reo ſimpliciter affirmante lis non ſit, ceſſante autem lite ceſſet quoque litis conteſtatio; ſed quod hæc diviſio litis conteſtationis in affirmativam & negativam, tanquam in praxi recepta retineri, & ſuo modo defendi poſſit. §. Wann nun ꝛc.

vid. d. Diſp. th. 10. add. D*n. D. Schæpff. Dodec. Thes. & Differ. inter Jus Com. & Wurtemb. Thes.* 4.

cum autem talis Litis conteſtatio affirmativa nihil aliud ſit, quam confeſſio rei, poſt editum actoris libellum, pure & ſimpliciter in judicio facta, conſequenter pleniſſima probatio pro actore, inde judicis eſt, ſecundum eam reum condemnare.

d. th. 10.

67. Lite conteſtata actoris conditio plerumque fit melior, non deterior, debitor conſtituitur in mora, res fit litigioſa, novatio inducitur, poſſeſſor conſtituitur in mala fide, adeoque omnes fructus reſtituere tenetur. §. Und hat ꝛc.

vid. d. Diſp. *de* Litis *Conteſtat. th.* 87. *& ſq.*

68. Si reus ad libellum reſpondeat, proteſtetur tamen, ſe non animo litem conteſtandi hoc facere, lis pro conteſtata non habetur, §. So aber ꝛc.

C

betur, ſed judicis ſaltem informandi cauſa hoc fieri videtur.

d. Diſp. *th.* 26.

nihil tamen operatur hæc proteſtatio, ſi judex reo litis conteſtationem ex officio injungat, vel ſi proteſtatio facto ſit contraria, & reus tale quid faciat, ex quo de contrario ipſius animo evidenter appareat v. g. ſi intentionem actoris ſimpliciter neget.

Plebſt ad I. P. W. Diſp. 1. *th.* 89.

Tit. 26. *De Juramento Calumniæ.*

§. Und wie wohl ꝛc.

69. Juramentum calumniæ deferri poteſt, quoties quis ſuſpicatur, adverſarium litem non bona fide ſuſcepiſſe, vel ſincere eam non proſecuturum eſſe; & exigi in quacunque judicii parte uſque ad concluſionem in cauſa, imo etiam poſt concluſionem in cauſa, ſi nimirum in cauſis ſummariis hoc à parte poſtuletur, vel in plenariis à judice exigatur.

Lauterb. Tract. Synopt. de Juramentis, §. 7. *num.* 104. & 106. D. *Grave* Diſp. *de Juram. propter calumniam dando, Cap.* 5. §. 1. *conſ.* Lauterb. *Vol. II. conſ. Tub.* 57. *per tot.*

nec is, cui juramentum calumniæ generale delatum eſt, juramentum malitiæ deferre poteſt, cum pro calumniatore non ſit habendus, qui juramentum legale exigit, ſed ſufficit, ſi idem juramentum calumniæ generale præſtat.

D. *Schœpff.* Deciſ. 226. *n.* 1. & *ſq.*

§. Und ſo ſich ꝛc.

§. Wann ſich ꝛc.

70. Si actor de calumnia jurare recuſat, cauſa cadit, reus vero pro confeſſo habetur, utroque tamen caſu ſententia non tantum declaratoria, ſed abſolutoria vel condemnatoria præcedere debet, hinc recuſans ante hanc judicis ſententiam moram purgare poteſt.

Lauterb. d. Tr. Syn. §. 7. *num.* 110.

ille

ille vero, qui juravit, ab expenſarum refuſione propterea non liberatur, utpote quæ non tantum propter calumniam, ſed etiam ob temeritatem debentur.

D. *Harppr. de Expenſis Victoriæ præſtito jurejurando adjudicandis*, *pag.* 10. & *ſq.*

idem dicendum de eo, qui juramentum malitiæ, dandorum vel reſpondendorum præſtitit,

d. Diſp. *p.* 17.

71. Peti debet juramentum calumniæ viva voce, hinc ſi in ſcriptis petitum, & adverſa parte non animadvertente non ſit præſtitum, judicium non redditur nullum, quamvis in praxi hodierna, cum in effectu nihil interſit, ſive in ſcriptis, ſive oretenus id exigatur, non amplius tam accurate attendatur, an viva voce, an in ſcriptis petitum fuerit, ſed judex cognoſcere poſſit, utrum illud præſtari debeat, nec ne? & in ſupremo Dicaſterio Wurtemb. ſæpius ex juſta cauſa remitti ſoleat.

§. Da der Kläger ꝛc.
§. Und mag ꝛc.
§. Und ob ein ꝛc.

Vid. Dn. D. Schæpff Proc. Dicaſter. Cap. 7. §. 6. Ejusd. Dodecas Theſium & Different. inter Jus Commun. & Wurtemb. th. 2.

præſtari autem debet juramentum calumniæ non ſolum a parte principali, ſed etiam a procuratore; quod etiam obtinet in Advocato, qui ſimul procuratoris vices obit, & in alterius animam jurare tenetur.

Reſcr. Ducale d. d. 19. Julii A. 1666.

72. Juramento malitiæ locus eſt, etiamſi generale calumniæ juramentum fuerit præſtitum,

Tit. 27. De Juramento malitiæ.

§. Dieſen Eyd ꝛc.

tum, & deferri poteſt in quacunque judicii parte, quoties periculum eſt, ne ab adverſario malitioſe quid ſuſcipiatur, v. g. ſi juramentum litis deciſorium deferatur, ſi quarta dilatio, ſi editio teſtamenti, vel aliorum inſtrumentorum petatur; is autem, qui hoc præſtare recuſat, non tota cauſa cadit, ſed ſaltem quoad illum articulum, ſuper quo delatum eſt, pro confeſſo habetur; & ſi is, qui juramentum judiciale adverſario detulit, de malitia jurare recuſat, principale habetur pro præſtito.

L. 37. ff. de Jurejur. Beſold ad J. P. W. Diſſ. 1. th. 64. & 65. Lauterb. Tr. Synopt. de Juram. §. 2. num. 53.

Tit. 28. De Poſitionibus & articulis.

§. Wann nach ꝛc. & *ſeqq.*

73. Modus probandi potiſſimum quadruplex eſt: 1.) per confeſſionem adverſarii. 2.) per teſtes. 3.) per inſtrumenta. 4.) per juramenta; quibus 5) addi poteſt ocularis demonſtratio; per confeſſionem adverſarii, ſi quis veritatem elicere velit, adhibentur poſitiones, has ex ipſo libello format actor, ac judici exhibet, ſimulque ad juratam illarum confeſſionem ſe offert, quod vocatur juramentum dandorum; porro petit, ut hæ poſitiones reo transmittantur, cum præfixo termino, in quo ſe ſiſtat, & jurato ad illas reſpondeat, & hoc vocatur juramentum reſpondendorum. Quodſi vero poſitiones quasdam negaverit reus, inde articuli probatorii formari ſolent, ſuper quibus poſtmodo teſtes examinandi, poſitiones itaque propter reum, articuli propter teſtium examen conſcribuntur.

Vid.

Vid. Dn. Stryckii Introductio ad praxin forenſem, Cap. 17. §. 12. & ſeq. add. Dn. Ludovici de Proc. Civ. Cap. 13. § 12. & ſeq.

74. Confeſſioni judiciali Jure Wurtemb. indiſtincte effectus rei judicatæ adſcribitur, modo 1.) confitens perſonam ſtandi in judicio habeat; 2.) confeſſio fiat adverſario præſente & acceptante; 3.) coram judice competente; 4.) ſi ſit certa, perſpicua & clara, ita ut appareat, quid, quale & quantum ſit, de quo facta confeſſio; 5) absque errore, motu ſpontaneo. *Tit. 33. Von der Partheyen Selbſt-Bekanntnuß. §. Weil eigene ꝛc. §. Alſo ꝛc.*

Vid. Lauterb. Diſſ. de Confeſſione, th. 7. ſq.

in criminalibus quoque plenam facit probationem, modo in cauſis capitalibus & ultimi ſupplicii aliunde etiam de corpore delicti conſtet,

d. Diſſ. th. 50.

75. Confeſſio extrajudicialis fit vel præſente & acceptante adverſario, & habet vim plenæ probationis, *§. Es ſollen ꝛc.*

L. 26. ff. depoſiti L. 25. ff. de probat.

vel eo abſente, & ſemiplene tantum probat, quamvis hæc ipſa deliberato animo facta & a duobus integræ fidei teſtibus probata, ſecundum ſententiam aliorum, plenam quoque fidem faciat.

ex L. 13. C. de Non num. pec. L. 26. ff. depoſ. junct. L. 15. C. de fide inſtrum.

Quibus adſtipulatur Jus Provinciale Wurtembergicum.

Vid. §. Es ſollen auch ꝛc. ibi: oder ſonſten vor erbahren Leuten ꝛc. Lauterb. Diſſ. de Confeſſ. th. 45. Bardili Exercit. ad Pandect. 9. Concl. 17. Dn. D. Graß in Differ. nonnullis inter Jus Civ. & Prov. Wurtemb. th. 2.

§. Alſo ꝛc. 76. Confeſſio confitenti tantum nocet, non vero tertio, reſpectu enim tertii non eſt confeſſio, ſed tantum teſtificatio, & confeſſio quemque ſua non alium obſtringit.

L. 28. ff. *ad* SCt. *Vellej.* L. 3. §. 1. *ad Sen. Sil. vid.* Lauterb. *d. Diſſ. th.* 19. & *ſeq.*

Tit. 34. Von Beweiſung durchſchrifftliche Urkunden. 77. Inſtrumenta publica, quæ in hoc Ducatu non ſolum a Notariis, ſed etiam ab Archigrammateis eorumque Scribis juratis confici poſſunt,

Vid. D. Harppr. Conſult. 7. *n.* 190. & *Conſ.* 44. *n.* 260. *ſq.*

§ Welchen ꝛc. plenam fidem faciunt;

L. 23. *C. ad* SCt. *Vellej.*

inter illos ſcil. quorum gratia ſunt confecta, contra tertios enim non probant.

t. t. C. ne res inter alios acta.

Bardili Diſſ. de Recognit inſtrum. th. 35.

cum nec ulla confeſſio tertio præjudicium afferre poſſit.

L. 7. *C. de probat.*

ſingulare eſt, quod ob favorem pupillorum debitores in caſu amiſſorum inſtrumentorum ex inventario atque publico inſtrumento, conveniri poſſint, ut vel ſolvant debita, vel nova inſtrumenta obligationis conſcribant.

per L 57. *ff. de admin. tut. Dn.* D. *Schœpff Diſſ. de Probatione contra Inventarium* §. 15.

nec ſigillata transſumta ſive vidimus rejiciuntur. Convellitur autem fides inſtrumentorum vel per ipſos teſtes in inſtrumentis deſcriptos, ſi ſcil. contradicant, vel ſi dicant, contrarium eſſe actum, non ſi dicant, ſe non recordari; vel per alios teſtes, vel per alia inſtrumenta.

Brunnem. ad L. 18. *C. de probat. itemque ad L.* 15. *C. de fide inſtrument.* con-

contra inſtrumenta namque publica probatio legitima in contrarium tam per teſtes; quam per alia documenta fieri poteſt; excipitur Chirographum ſolenne,

L. 15. C. de Non num. pec. L. 25. §. fin. ff. de probat.

quod non vim tantum probandi, ſed obligandi quoque habet, quo quis ſcil. confeſſus eſt, ſe ex hac vel illa cauſa debere; hic, ſi propriam confeſſionem impugnare & in aliam cauſam cautionem ſcriptam, vel indebite promiſſionem factam eſſe oſtendere velit, hoc ipſum non niſi per evidentiſſima documenta, veluti per literas reverſales à Creditore ſcriptas, quibus confitetur, cauſam chirographo inſertam, falſam eſſe, probare debet, teſtes enim hoc caſu ob metum ſubornationis non admittuntur.

Vid. Dn. Bœhmeri Jus Eccl. Tit. de Probat. §. 30. add. Dn. Schœpffii Diſſ. de probation. contra Inventarium, §. 6. ſq.

78. Privata quoque inſtrumenta contra ſcribentem omnino probant, v. gr. ſi Creditor in brevibus ſuis pecuniam acceptam retulerit, ex eo reus probationem ſolutionis deducet; e contrario ex rationibus accepti a debitore confectis creditor probationem crediti ſumere poteſt, ſi forte eam ſcripturam invenerit caſu fortuito actor, nam reus ad edendam eam non tenetur. §. Es ſollen ꝛc.

Brunnem. ad L. 5. C. de probat.

79. Subſcriptio etiam ſufficit, nec requiritur, ut inſtrumentum ſit holographum, cum ad paria judicentur, aliquem manu propria ſcribere, vel ſubſcribere, nam ſubſcribens d. §. Es ſollen ꝛc.

omnia ea, quæ in ſcriptura continentur, approbaſſe cenſetur; inde jure communi charta quoque blanca vim probandi habet, cui tamen probandi facultatem derogavit Jus Provinciale Wurtembergicum.

Vid. D *Bardili Diſſ. de Subſcript. Cap. 7. num. 30. & ſeq. it. Cap. 8. num. 26. & 27. add. ſupr. notat.* §. 32.

§. Es ſollen ꝛc. 80. Scriptura recognita plenam meretur fidem, & pro publico inſtrumento debet haberi, in tantum, ut etiam mortuis teſtibus de veritate ejus non amplius dubitetur.

Bardili Diſſ. de Recognit. Inſtrument. th. 34 num. 6. 9. & 15.

§. Item Rhodel ꝛc. 81. Libri Cenſuales, ſubditis conſentientibus, conſcripti, debitoque modo publicati plenam fidem faciunt.

Vid. Carpz. Ipr. For. P. 2. C. 4. def. 6. n. 5. ſq. Dn. Bœhmeri Jus Eccl. P. 2. tit. 22. §. 3.

§. Item Schuld-Bücher ꝛc. 82. Libri mercatorum ſemiplene probant, ſi 1.) in iis expreſſa legatur cauſa debendi. 2.) ſi liber contineat data & accepta, & ſi quid ſolutum ſit, ſemper reperiatur deletum. 3.) addatur dies, 4.) annotata pertineant ad illam negotiationem, in qua occupatus eſt mercator. 5.) ſi ſit integræ fidei, hinc ſi fraudulenter decoxit, propter dolum admiſſum libro vel ſcripturæ non creditur.

Vid. Carpz. P. 1. Cap. 17. def. 35. & ſeq. Brunnem. ad L. 6. *C. de probat. num 3. & ſeq. add. Röſener de Libr. Mercat. C. 14. n. 24. ſeq.*

quodſi alia cum his libris adminicula concurrant, v. gr. teſtis fide digni teſtimonium, tum plena iisdem fides adhibenda eſt.

D. *Harpp.*

I. 4. 35

D. Harppr. Different. Jur. Civil. & Pr. W. th. 3.

83. Libri Opificum pro ratione circumſtantiarum & arbitrio judicantium, modo plenam, modo ſemiplenam, modo nullam in judicio fidem merentur. *d. §. Item* ꝛc.

D. Harppr. d. Diſſert. th. 4.

84. Libri à non mercatore ſcripti, die Hauß-Bücher, non ſemiplenam, ſed modicam tantum præſumtionem operantur. *d. §. Item* ꝛc.

d. Diſſert. th. 4.

niſi tales libri rationum à debitoribus ſubſcripti & approbati fuerint, tum enim contra ſubſcribentem ejusque hæredes ſine dubio plene probant.

Lauterb. Diſp. de Confeſſ. th. 43. D. Harppr. Conſ. 60. num. 118. & ſqq.

Bacillis fiſſis autem non aliter fides habetur, quam ſi ex utriusque partis conventione mutua confecti fuerint.

Carpz. Ipr. For. P. 1. Conſt. 4. def. 7. n. 2.

85. Si ſubſcribens contenta ſcripturæ fatetur, nulla recognitione opus eſt, ſi vero illa negat, aut contra ſcripturam excipit, tunc recognitio aut jurata diffeſſio requiritur. *Tit. 35.* Von Einbringung der ſchrifftlichen Urkunden ꝛc. §. Wañ ꝛc.

D. Bardili Diſp. de Subſcript. Cap. 8. num. 36. & ſeq. Id. in Diſp. de Recognit. Inſtrum. th. 23.

86. Si duo teſtes adhibiti fuerint, illorum aſſertioni juratæ, rem ita ſe habere, fides adhibetur, licet debitor non confeſſus ſit debitum, nec inſtrumentum recognoverit. §. Wofern ꝛc.

Carpz. Ipr. For. P. 1. C. 17. def. 24. Bardili de Recognit. Inſtrum. th. 22.

inſtrumenta quoque publica recognitionem non requirunt, cum per ſe plenam fidem faciant, ſatisque probent.

L. 11. C. qui pot. in pign. Bardili d. Diſſ. th. 20.

§. Waſ ꝛc. 87. Recognitio judicialis hypothecam ex ſe privatam non convertit in publicam, nec quicquam præjudicii parit illis Creditoribus, qui tempore factæ talis recognitionis & confeſſionis judicialis, in ejusmodi debitoris bonis hypothecam jam habent, aliud vero dicendum quoad illos Creditores, qui poſt talem recognitionem cum eodem debitore contraxerunt, & ab illo hypothecam acquiſiverunt, quantumvis publicam.

D. Schvveder Diſſ. de Autoritate publica, ad hypothecam publicam conſtituendam neceſſaria, § 12.

ex chirographo vero in judicio recognito quod nulla naſcatur tacita hypotheca, docet

D. *Harppr. in Trutina 20. pign. tacit. ſpur. th. 17.*

§. So auch ꝛc. 88. Reus inſtrumenta ſua actori edere non tenetur, quia iniquum, compelli quendam ut alteri arma in necem ſuam porrigat, niſi utrique actori et reo ſint communia, vel actor iis uti velit ad replicationem fundandam.

Brunnem. ad L. 4. ff. & C. de Edendo.

circa actorem vero Jure civili diſtinguitur, an reus editionem petat deliberationis gratia ante litem conteſtatam, ut ſcil. deliberare poſſit, utrum cedere an contendere malit; an vero probationis gratia poſt lit. conteſt. illo caſu actor non niſi ſola illa inſtrumenta edere tenetur, quibus ipſe uſurus eſt.

L. *1. §. 3. ff. de Edendo.*

&

& quidem non originalia ſemper, ſed etiam exempla, etiam ſine die & conſule, niſi inſtrumenta contineant rationes accepti & expenſi, quæ ſemper cum die & conſule edenda, vel alias inſtumenta ſint communia, ubi originalia quoque edenda; hoc vero caſu ad fundandam rei exceptionem etiam inſtrumenta, quibus ipſe uſurus non eſt, & omnia reliqua ad cauſam pertinentia edere debet.

L. 5. 6. & fin. C. de Edend.

imo ipſa originalia, quia exempla regulariter nihil probant.

Vid. Brunnem. *ad* L. 5. C *de Edend.* Lauterb. *in Collegio Theor. pract. ad* Pand. *Tit. de Edendo, th.* 29.

ſed jure Wurtembergico, ubi inſtrumenta diffi ſa, vel alia ad rem non pertinentia, vel tacerda ſecretiora in ſe continent, ſufficit, ſi hoc caſu coram honeſtis ad id deputatis Viris fiat tranſumtio.

Dn. D. Graß in Differ. Jur. *Civ. &* Prov. *Wurtemb. th. 3.*

89. Interdum etiam teſtes inhabiles admittuntur, e. g. 1.) ſi veritas aliter haberi non poſſit. 2.) ſi pars inhabilem ſciens ſine proteſtatione admittat. 3.) in proceſſu ſummario, ubi levis probatio ſufficit. 4. in cauſis difficilis probationis. 5.) ſi præſumtiones, conjecturæ, indicia aliave adminicula concurrant. 6.) ſi defectus per numerum teſtium ſuppleatur &c. *Tit. 36.* Von perſönlicher Kundſchafft. §. Ferner ꝛc.

Vid. Nicolai de Proceſſu *Judiciario, Lib. 1. Cap. 59. num. 42. & 43.*

90. In-

§. Item ꝛc. 90. Inter teſtes inhabiles de Jure Provinciali recenſentur etiam ii, qui juramentum teſtium præſtare recuſant, ubi quæritur? an non inviti ad teſtimonium ferendum & ad juramentum præſtandum compelli poſſint? id quod affirmatur,

ex L. 22. ff. de teſtibus L. 19. C. eod.

nam teſtimonium ferre eſt munus publicum, publice quippe intereſt, veritatem non occultari.

Carpz. Ipr. For. P. I. C. 16. def. 47.

Teſtes autem, qui loco juramenti, an Eydes-ſtatt, deponunt, tamen ſunt injurati, adeoque eorum teſtimonia tanquam injurata nihil probant.

D. Harppr. Reſp. 11. num. 114.

Tit. 37. Von Ordnung der Zeugen Verhör. 91. Poteſt tamen juramentum teſtium utriusque partis conſenſu remitti, quæ remiſſio in cauſis civilibus omnino locum habet;

Vid. Ordinat. Matrim. Wurt. P. 4. Cap. 4. §. 8.

§. Wann dann ꝛc. in cauſis vero criminalibus Juramentum teſtium non remittitur, hinc etiam Miniſtri Eccleſiæ, Officiales, item Medici, Chirurgi, jurare tenentur, niſi Miniſtris Eccleſiæ ſub ſigillo confeſſionis aliquid fuerit concreditum, quod revelare non tenentur.

Carpz. d. P. 1. C. 16. def. 70. Dn. Bœhmer in jure Eccleſiaſt. Part. 2. tit. 21. §. 7. & 8.

vel officialium, Medicorum, Chirurgorum depoſitio directo concernat ipſorum officium, v. g. ſi Medicus circa inſpectionem legalem, quam officii nomine ſuſcepit, teſtimonium perhibeat, hoc enim in caſu juramento teſtium non opus eſt, ſed ſufficit juramentum ab ipſis,

tam-

tamquam Officialibus, ſub initium ſuſcepti officii præſtitum.

Vid. Reſcriptum Ducale, d. d. 10. Junii, 1656, ejusque declaratorium d. d. 14. April. 1714.

quæ ipſa Reſcripta licet de criminalibus loquantur, multo magis tamen in cauſis civilibus obtinent, ita ut etiam in hiſce Officialibus, circa res ipſorum officium concernentes, absque juramento credendum ſit.

Dn. D. Schœpff in Proc. Dicaſt. Cap. 13. §. 11.

92. Hodie ſecundum Receſſum Imperii de A 1654. §. 50. in Ducatu Wurtembergico abrogata eſt quarta dilatio probatoria, & pro termino probatorio 6. hebdomades præfixæ, cum antea hic terminus fuerit arbitrarius; ſecunda ergo dilatio non aliter conceditur, niſi cauſæ adſint juſtæ, allegatæ, probatæ & cognitæ; in tertia autem omnes ſolennitates legales, quæ in quarta olim præſcriptæ erant & uſitatæ, una cum juramento calumniæ exiguntur. *Tit. 42. Von Dilationen.* §. Und wann ꝛc.

per Reſcr. noviſſ. d. d. 28. Maji. 1727.

93. Medico vel Chirurgo de lethalitate vulneris; Obſtetrici de eo, an puella ſit prægnans, paſtori pecorum de mutilatione vel conculcatione ab alio pecore facta, atteſtanti fides habenda eſt. *Tit. 43. Von Verhörung etlicher ſonderer Perſonen ꝛc.*

D. Bardili Diſſ. Unicus teſtis, nullus teſtis, th. 48. & 59. §. Sodie ꝛc

94. Similiter Officialibus, Denunciatoribus, Cenſoribus, Deputatis, Notariis &c. fides habenda eſt in iis, quæ ad officium eorum §. Es iſt auch ꝛc.

rum ſpectant, uſque dum probetur contrarium.

d. Diſſ. th. 44. & ſq. it. th. 54.

§. Wann auch ꝛc. 95. Nuncii quoque relationi credendum eſt, modo 1.) nuncius ſit publicus & juratus. 2.) deponat de actu proprio, non de alieno, v. g. ſe injuriis affectum, verberatum &c. 3.) de iis, quæ ad officium ejus pertinent, ut tamen 4.) etiam contra nuncii relationem ſemper probatio admittatur in contrarium.

Lauterb. Diſſ. de Nuncio, th. 58. Bardili d. Diſſ. Unicus teſtis &c. th. 41.

Tit. 47. Von Einreden wider der Zeugen Perſon ꝛc. 96. Teſtes, quos quis per productionem ſemel probavit, eos deinceps amplius reprobare nequit.

D. Harppr. Conſ. 5. num. 104. & 105.

§. Was auch ꝛc. & ſi contra producentem deponunt, tunc unicus licet plene probat.

Idem, Reſp. 82. num. 66.

contra teſtes vero à parte adverſa productos exceptio locum habet, & cautelæ loco commendari ſolet, ut omnium teſtium, inhabilium licet, examen permittatur, reſervatis exceptionibus tam contra perſonas quam dicta teſtium.

Dn. D. Schæpff in Proc. Dicaſt. Cap. 13. §. 9.

Tit. 48. Von Einreden wider der Zeugen Sagen ꝛc. 97. Contra dicta teſtium excipitur, ſi ſint varia, contraria, vacillantia, obſcura, auditum alienum referant, ſingularitatem redoleant, ſi extra articulum pronuncietur, ſi ſine ratione deponatur.

§. Und nemlich ꝛc. & ſeqq. *Carpz. Ipr. For. P. 1. Conſt. 16. def. 40. 42. & ſq. Dn. Bœhmeri jus Eccl. Part. 2. tit. 19. §. 15. & ſq.*

98. Con-

98. Contra inſtrumenta quoque excipitur, ſic inſtrumentum ad aliud ſe referens abſque productione relati inſtrumenti nihil probat. §. Wider die ꝛc.

Carpz. P. 1. C. 17. def. 4.

ita inſtrumentum cauſam debiti non continens nil probat.

d. C. 17. def. 39.

ſic exempla non probant ſine originali, niſi hoc juſſu judicis exemplificatum, vel in Archivo repertum, & nota Archivarii manu exaratum & regiſtratum ſit.

Brunnem. ad. L. 2. ff. de fide inſtrum. n. 1. & ſq.

ſic diverſæ & contrariæ ſcripturæ, quæ fidem ſibi mutuo derogant, nullam vim probandi habent.

Brunnem. ad L. 14. C. d. t. a d d. Dn. Bœhmeri Jus Eccl. Part. 2. tit. 19. §. 24. & ſeq.

99. Concluſio cauſæ eſt terminus excluſivus omnium probationum. Tit. 50. Wie in Rechten zu beſchlieſſen ꝛc.

Cap. cum dilectus X. de fide inſtrum.

factam tamen probationem poſt concluſionem declarare licet.

Plebſt ad J. P. W. d. 1. th. 114.

Judici quoque in cauſa nunquam concluditur, hinc ſæpius ex officio, reſciſſa quoque concluſione probatio decernitur; judex enim non properare debet ad ſententiam, ſed potius probandi licentiam facere, imo aliquando neceſſitatem imponere, ne deinde ſententiæ prætextu novarum probationum retractentur, cum Judicis & Reipublicæ interſit, ut lites abbrevientur. §. Doch iſt ꝛc.

D. Harppr. Conſ. 64. num. 3. & Reſp. 41. num. 86. & ſeq.

Tit. 51. Von Beweiſung durch Augenſchein.

§. Beweiſung ꝛc.

100. Ocularis inſpectio etiam poſt concluſionem in cauſa admittitur, cum hæc probatio omnium evidentiſſima ſit, & nullum facile calumniæ periculum ſubeſſe poſſit; citandus tamen adverſarius, quia citatio ad omnem actum præjudicialem neceſſaria eſt.

Brunnem. ad L. 46. ff. de Re judic.

§. Und ſo ꝛc

101. Teſtes autem de Jure Wurtemb. non ante inſpectionem examinandi ſunt, ſed in rem præſentem deducendi & poſtea examinandi. Nec ferenda ſtatim ſententia ex oculari inſpectione, ſed requiritur 1.) ut inſpectio ocularis in rotulum redigatur; 2.) ut rotulus partibus communicetur. 3.) ut partibus integrum ſit, contra inſpectionem aliquid allegare 4.) ut in cauſa concludatur.

conf. Ord. Dicaſt. Part. 3. tit. 18. §. 6. Bau-Ordnung, *pag. 15.* §. Wann dann ꝛc. *D. Scheinemann Diſp. de Oculari Inſpectione th. 47. Dn. D. Graß in Differ. Jur. Civ. & Prov. W. th. 4.*

Tit. 52. Von Eyden, ſo zu Ergänzung ꝛc.

§. Wann jemand ꝛc.

102. Semiplena probatio fit non ſolum per unicum teſtem omni exceptione majorem, ſed etiam per famam publicam, per ſcripturam à defuncto, contra cujus hæredes agitur, exaratam, per libros mercatorum; imo etiam ex præſumtionibus, eaque una, ſed vehementi, vel ex aliquibus, ſed iisdem non tam validis, ſemiplena probatio efficitur.

D. Harppr. Conſ. 27. num. 22. & 68.

d. §. Wann jemand ꝛc.

103. Si partes in probatione utrinque ſint pares, reo favendum eique deferendum juramentum; Si actor ſemplene probavit, ipſi jura-

juramentum in ſupplementum; Si minus, quam ſemiplene, vel ſemiplena probatio per contrariam præſumtionem ſit convulſa, reo juramentum purgationis deferendum; è contrario ſi actor intentionem ſuam plene probavit, is juramento gravari nequit; Sin vero ab actore nihil probatum, tum reus juramento pariter non eſt gravandus, ſed abſolvendus, ex regula: actore non probante reus abſolvitur.

Plebſt ad Jus Prov. Wurtemb. Diſp. 1. th. 116. Lauterb. Tract. Synopt. de Juram. §. 3. num. 59. & §. 6. num. 92.

104. In re dubia Juris periti ſumtibus litigantium conſulendi, eisque acta judicialia domum mittenda, etiamſi interlocutoria tantum ferenda; quæ reſponſa, omiſſo tamen Conſulentis nomine, partibus id petentibus communicari ſolent, quamvis de Jure Civili rationes ſententiæ partibus non communicentur.

Tit. 53. Von Bey- und End-Urtheln.

§. Wann 2c

vid. Boceri Diſp. Claſſ. 6. th. 6. 8. 9. & 11.

105. Victus victori regulariter in expenſas eſt condemnandus.

Tit. 54. Von Gerichts-Koſten 2c.

L. 79. ff. pr. de Judiciis.

quæ regula in cauſis tam primæ quam ſecundæ inſtantiæ obtinet; hinc ſi petitæ fuerint, judex victum regulariter in eas condemnare præciſe eſt obſtrictus, quod ſi facere neglexerit, ipſe tenetur victori.

§. Unſere 2c

L. 13. §. 6. & L. 15. C. de Judic.

petitæ autem cenſentur etiam tacite, ſi libello annexa ſit clauſula ſalutaris: peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari; ſi non petitæ,

judex non tenetur, ſi tamen vult, poteſt etiam ex officio victum condemnare in expenſas; ſi vero hoc omiſerit, victor per totam illam diem petere poteſt, ut judex ſuppleat condemnationem expenſarum, quia per totam illam diem durat judicis officium, quantum ad expenſas & ſimiles acceſſiones, vel etiam finita die agere poteſt ad intereſſe.

L. 42. ff. *de judiciis* Lauterb. *Diſp. de Expenſis Victoriæ, th. 17. 20. 24. 26. 39. & ſq.*

d §. Unſere ꝛc. 105. Victus autem ut condemnari poſſit, requiritur, ut nullam litigandi cauſam habuerit, & inconſulte ac temere litem inſtituerit, licet ſine dolo & malitia hoc factum ſit, ſi vero juſtam litigandi cauſam habuit, expenſæ regulariter compenſantur, v. g. quando cauſa inter ICtos eſt controverſa.

Lauterb. Diſp. de Conſiliis, P. 2. *Cap. 2. th. 5.*

§. Und wann ꝛc. §. Wo dann ꝛc. 106. In taxatione expenſarum victor expenſas deſignat, judex autem deſignatas expenſas victo communicat, qui aut verbaliter aut in ſcriptis contra eas excipit, victor dein replicando, & victus duplicando de hoc articulo concludunt, & taxandam deſignationem judici comittunt, qui eas moderatur, & facta moderatione victorem jurare jubet, ſe non minores, ſed potius majores expenſas feciſſe.

Lanterb. de Expens. Vict. th. 32. & ſq.

& hoc quidem juramentum expenſarum uti de jure Communi ſemper neceſſarium eſt, ita de Jure Wurtemb. tum demum ex arbitrio Judicis exigitur, ſi ſumtus in inferioribus Judiciis ſummam 20. in Dicaſterio autem 100. florenorum excedant.

Dn.

Dn. D. *Schœpff in Proc. Dic. Cap.* 18. §. 2.

107. Victor id, quod per ſententiam ei adjudicatum eſt, privata autoritate apprehendere nequit.

Tit. 55. Von Execution der Urtheln. §. Wann ein ꝛc.

L. 15. *ff. de re judicata.*

ſed ſi condemnatus parere recuſat, nobile officium judicis implorandum, ut ſententia mandetur executioni, fieri enim poteſt, ut judicatum non ſit, quod actor judicatum dicit, vel ut reus adverſus executionem exceptionibus, v. g. nullitatis, ſolutionis, dationis in ſolutum, compenſationis, competentiæ, ſimulationis, erroris calculi &c. uti velit, de quibus neceſſe ſit, judicem adire.

Dn. D. *Majer* Diſp. *de Executione ſententiæ in cauſa civili, th.* 5, 14. *& ſeq.*

108. Non tranſeunt in rem judicatam die Amtliche Beſcheid, ſed quovis tempore contra illas admittitur provocatio, man kan ſich jederzeit ordentlichen Rechtens darwider erbieten, & dehinc cauſa non ſtatim executioni eſt demandanda.

conf. Reſcr. Ducale, *d. d.* 1. *Novembr.* 1699. in quo ipſo Reſcripto plures alii defectus & errores, qui circa proceſſum tam primæ quam ſecundæ inſtantiæ ſæpius committi ſolent, notantur & emendantur.

D. *Majer d.* Diſp. *th.* 26.

109. Si de nullitate ſententiæ conſtet ex actis, vel illa in continenti poſſit probari, judex ſuperſedere debet executione.

d. Diſp. *th.* 26. *Dn.* D. *Schvveder* Diſp. *de Renunciatione Appellationis*, §. 23.

Tit. 56. Von Nichtigkeit der Urtheln.

§. So dann ꝛc. quod ſi non fiat, ſententia eſt exequenda, præſtita tamen prius cautione ab eo, in cujus
§. Da aber ꝛc. favorem ſententia eſt lata, niſi executio ſit irretractabilis.

Beſold ad Jus Prov. *Wurtemb. Diſp.* 1. *th.* 91. *add.* D. *Harppr.* Diſſer. *Jur. Com.* & *Pr. W. th.* 5.

§. Da aber ꝛc. 110. Vi Reſcripti Ducalis etiam in querelis nullitatum ſumma appellabilis attendenda eſt, ita ut ejusmodi exceptiones de nullitate ſententiæ, ſive fiant per modum appellationis intra decem dies, ſive per modum ſimplicis querelæ intra 10. annos, ſi ſummam appellabilem ſcil. 50. floren. contineant, vel alias cauſa ſit appellabilis, ſtatim ad ſupremum Dicaſterium, niſi coram judice à quo ſint introductæ, devolvi, illæ vero quæ ſummam appellabilem non habent vel coram jndice à quo, vel coram judice quodam ſuperiore, einem Ober-Gericht, ventilari debeant.

Vid. d. Reſcr. *Gener. d. d. 9. Aug.* 1718.

§. Nicht weniger ꝛc. 111. Jure Civili ſententia ex falſis inſtrumentis & teſtimoniis lata non eſt ipſo jure nulla, ſed, uti communiter exiſtimant, reſtitutione in integrum opus habet.

L. *33. ff. de re judic. tot. tit.* C. *ſi ex falſis inſtr.* D. *Harppr. Diſp. de Tranſact. jur. th.* 58.

Sed jure Wurttemb. nulla eſt talis ſententia, idque ſecundum diſpoſitionem Juris Canonici.

Cap. 6. *X. de Except.* Dn. D. *Graß.* Diſſer. *Juris Civ.* & Prov. *Wurtb. th.* 5.

Tit. 58. Vom Fatal der 10. Tagen. 112. Tempus decendii quoad interponendam appellationem ſtatim à tempore latæ ſententiæ currit, modo quis ſciat, ſententiam eſſe latam,

§. Wann einer ꝛc.

latam, ſeque ex ea gravatum, & eſt continuum, ita ut dies quoque feriati computentur, interdum autem prorogatio vel reſtitutio in integrum conceditur.

Vid. Dn. D. *Schœpff de* Proc. Dicaſt. *Wurtb. Cap. 8. §. 3. & in hac materia appellationis ſecundum* Jus Prov. *&* Ord. Dicaſt. *Wurtemb. inſtituennda. per tot.*

113. Si plures competentes judices appellationis ſunt, judex ad quem intra 30. dies Anagrammateo nominandus eſt.

Ord. Dicaſt. P. 2 *tit 3.* §. 3. D. *Harppr. Reſp. 98. num. 64. & ſq.* D. Schœpff, *d. Cap.* 8. §. 7.

114. Si tertius pro alio appellat, indiſtincte ratificatione opus eſt, ſive is extraneus ſit, ſive conjunctus, §. Da aber 2c.

Vid. Dn. Schœpff d. Tr. Cap. 8. §. 18. in fin.

niſi conjunctus in prima inſtantia egerit, & cautionem de rato præſtiterit; idem dicendum de litis conſortibus.

D. *Harppr. Contin.* Differ. *J. Civ. &* Pr. *W. tb. 6.*

115. De Jure Civili negligentia procuratoris nocet domino, hinc ſi procurator poſt latam ſententiam non appellaverit, nec dominus poſtea, tempore excluſus, audiendus eſt. §. Im Fall 2c.

L. 1. *§. ult. quando appell.*

Si tamen procurator non ſit ſolvendo, in praxi domino reſtitutio in integrum conceditur.

Carpz. Ipr. For. P. 1. *Conſt.* 1. *def.* 22. *&* 23.
Dn. D. *Schvveder de Renunciat. Appell.* §. 10.

Jure vero Wurtembergico ſcientia procuratoris quoad interpoſitionem appellationis domino non obeſt.

Dn. D. *Schœpff Differ Jur. Civ. & Prov. Wurtb. th.* 1. *Idem in* Proc. Dicaſt. *Wurtb.* Cap. 8. §. 3.

Tit. 59. Wohin *appellirt* werden möge. §. Aber von Sachen ꝛc.

116. Licet in cauſis illis, quæ jura v. g. retractus, ſervitutum, annuorum redituum irredimibilium &c. concernunt, ſtatim ad Dicaſterium appellari poſſit in hoc Ducatu, ſi tamen ſententia à judicio pagi lata ſit, in arbitrio partium poſitum eſt, an ſtatim ad Dicaſterium, an vero prius ad judicium civitatis præfecturalis appellare velint.

Ordinat. Dicaſt. Part. 2. *tit.* 3. §. 4.

ex quo emendandus & ſupplendus eſt §. aber von Sachen ꝛc. h t

Dn. Fromman in Delineat. *Retract. Wurtb.* §. 94.

Tit. 60. Von *Appellationen* an fremde Ausländiſche Gericht

117 Competit. sereniſſimæ Domui Wurtembergicæ privilegium de non appellando illimitatum, idque non tam Legibus Ducatus, Juri ſcil. Provinciali & Ordinationibus Wurtembergicis, quam potius Conceſſioni Imperatoriæ adſcribendum, ſiquidem hæc ipſa Conceſſio primum ab Imperatore Sigismundo, ſi non à Carolo IV. data Comitibus Wurtembergicis, extenſa à Carolo V. ac pleniſſime tandem confirmata Eberhardo I. Duci Wurtembergiæ, conſentientibus Electoribus & Statibus Imperii, à Maximiliano I. Rege Rom. in Comitiis Wormatienſibus, A. 1495. habitis; itemque poſtmodum à Ferdinando II. Imp. A. 1630. repetita, nec non ab inſecutis Impp. ac Regibus Rom. in omnibus Sereniſſimæ Domui conceſſis Infeudationibus ac Inveſtituris firmiſſime ſtabilita eſt; vi cujus à Judicibus in d. privilegio nominatis, eorumque ſen-

ſententiis, nulla appellatio ad Judicium extraneum quodcunque, ſive Provinciale Suevicum, Rothvvilenſe, ſive ipſum Imperiale Aulicum vel Camerale, nec à ſubdito, nec ab extraneo cujuscunque conditionis, quantacunque etiam Summa vel qualiscunque ea ſit, de qua lis eſt, locum habet, non obſtante, quod Jure Provinc. Wurt. h. t. & in Ordinatione Dicaſteriali Part. 3. tit. 2. extraneis permiſſum, ſtatim in principio litis declarare, an ſibi reſervare velint beneficium appellationis ad Cameram, an vero illi renunciare, cum hæc ipſa diſpoſitio ac permiſſio uti à ſolo Sereniſſimorum Ducum beneplacito provenit, ita quoque contraria ipſorum voluntate mutari penitusque revocari poſſit.

Vid. Dn. Burckhardi, Conſiliarii Regim. Wurtb. Tractatus noviſſ. cui Inſcriptio, Würtembergiſch. Kleeblatt dreyer *Privilegiorum, Exemtionis fori, Auſtregarum, & de non Appellando, per tot. inpr. Cap. 12. §. 7. & ſequ.*

inde etiam Sereniſſimus LLator in peculiari Reſcripto d. d. d. 8. Febr. 1730. dictum Jus Provinciale atque Ordinationem Dicaſterialem, horumque Jurium paſſus huc pertinentes per modum avthenticæ interpretationis & hinc dimanantis Conſtitutionis novæ Legis perpetuo in poſterum valituræ declaravit ac ſequentem in modum immutavit, ut in poſterum extraneis cujuscunque conditionis, nec non Sereniſſimi Officialibus quibuscunque, in Proceſſibus Dicaſterialibus, præcipue vero in actionibus realibus, eoque pertinentibus cæteris actibus judicialibus, ſub quibus etiam recon-

ventiones intelligendæ, reſervatio appellationis vel provocationis ad ſumma Imperii Tribunalia non amplius conceſſa, multo minus actu ab ejusmodi agentibus interpoſita appellatio coram Dicaſterio Ducali admitti debeat, ſed hi ipſi intuitu non ſolum prædicti privilegii de non appellando illimitati, ex ipſa Imperatoria conceſſione indiſtincte ad omnes & ſingulas cauſas & actiones extenſi, ſed etiam ex poſſeſſione bonorum immobilium in hoc Ducatu ſitorum indubie oriundæ ſubjectionis realis, ſubditis originariis quoad hunc paſſum æquiparari debeant, nulla habita ratione vel Immedietatis, quæ huc non ſpectat, perſonalis, vel alterius cujuscunque prætextus ex præ-tenſo Jure quæſito interpretationis alicujus uſualis, ex ſæpe memorata Ordinatione Dicaſteriali vel Jure provinciali deſumti, quibus ab iſta diſpoſitione ſeu conceſſione ſe eximere, ac Jura Sereniſſimo competentia infringere conantur extranei ſeu forenſes.

Vid. d. Reſcriptum Ducale d. d. 8. Febr. 1730.

Tit. 61. Vom *Fatal* der 30. Tagen.

118 Acta prioris inſtantiæ loco apoſtolorum peti debent intra 30. dies, à die interpoſitæ appellationis numerandos; & quidem ſi petitio actorum in appellatione omiſſa, & poſt interpoſitam demum appellationem acta petantur, tunc coram Judice primæ inſtantiæ, vel coram Præfecto cum Scabino, qui publicationi ſententiæ interfuit, id fieri debet, inde patet, quodſi coram Notario & teſtibus, vel coram duobus honeſtis Viris intra decendium ap-

appellatio facta, & acta ſimul petita, quod hæc privata actorum petitio non ſit ſufficiens.

Vid. Dn. D. *Schœpffii* Dodecas *Theſium & Differ. inter Jus Commune & Wurtemb. th. 5.*

119. In conficiendis actis appellationis id quoque obſervandum, ut Appellans tanquam actor in ſecunda inſtantia ſemper ante, Appellatus autem tanquam reus ſemper poſtponatur, integra quoque acta in una ſerie ac ſine interruptione, numero paginarum ſignanda ſunt, ſie ſollen in einer Serie hindurch numerirt und paginirt werden. *Tit. 62.* Von Verfertigung der Gerichts Acten. §. Und wollen &c. *& ſequ.*

Secundum Reſcriptum Noviſſ. d. d. 9. Auguſti, 1718. add. Dn. D. *Schœpffii* Proc. *Dicaſter. Cap. 8. §. 5.*

interdum, ſi appellans pauper, judici primæ inſtantiæ per Reſcriptum Ducale injungitur, ut acta in originali, quo ſumtibus parcatur, ad Dicaſterium mittat.

Dn. *Schœpff*, *d. Cap. 8. §. 5.*

120. Qui fatalia interponendæ, proſequendæ ac introducendæ appellationis, decem, triginta & viginti dierum non obſervat, appellationi tacite renunciaſſe cenſetur. *Tit. 63.* Vom *Fatal* der 20. Tagen.

Dn. D. *Schvveder. Diſp. de Renunciat. Appellat. §. 21.* §. So dann &c.

uodſi autem aviſatio ab Actuario omittatur, um culpa in eum conferri, & reſtitutio à arte litigante peti poſſit, de eo

Vid. Beſold. ad J. P. W. Diſp. 1. th. 113.

121. Jure Communi etiam in appellato quiritur, ut voluntatem ſuam intra 10. dies :claret, an velit adhærere appellationi ab pellante interpoſitæ, an non? *Tit. 66.* Wann und welcher geſtalten die *Appellation &c.*

Dn. Stryck de Communione Appellat. Cap. 3. n. 29.

de Jure autem Provinciali Wurtemb. ſufficit, ſi appellatus intra 10. dies ſententiæ non acquieverit, **wann Er ſich der Urthel nicht bedanckt**, & animi ſui ſenſa explicet, antequam acta à Secretario Dicaſterii legantur,

Plcbſt. ad Jus Prov. Wurtb. Diſp. 1. th. 129.

§. So nun ꝛc. 122 Si ſententia plura & diverſa contineat capitula, communio appellationis in iis ſaltem locum habet, in quibus appellatum, niſi appellatus ſe appellationi adhærere velle expreſſe declaraverit, vel capitula ſint connexa & inter ſe cohærentia.

Carpz. Ipr. For. Part. 1. Conſt. 10. def. 9. Dn. Stryck de Commun. Appellat. Cap. 3. n. 63. & ſeq.

d. §. So nun ꝛc. 123. Appellans in præjudicium appellati appellationi renunciare nequit, maxime, ſi res non amplius ſit integra, & appellati interſit, non renunciari.

Vid. Dn. D. Schvvederi Diſp. de Renunciat. Appellat. §. 11.

Tit. 67. Wie in Appellations Sachen ꝛc. 124. Proceſſus Dicaſterialis in hoc Ducatu regulariter eſt oralis, in quibus autem cauſis proceſſus in ſcriptis locum habeat?

Vid. Dn. Schœpff de Proceſſu Dicaſt. Cap. 12. §. 3. & ſeq.

§ ſo dañ ꝛc. Tit. 68. Wann der Appellant in erſter inſtanz ꝛc. 125. In ſecunda inſtantia emendatio libelli inepti permiſſa eſt, totalis vero mutatio prohibita, cum cauſa ex libello primæ inſtantiæ diſcutienda ſit.

Vid. Dn. Schœpff d. Tr. Cap. 12. §. 6.

126)

126. A juramentis, quæ pars parti vel in ıdicio vel extra judicium defert vel refert, empe judiciali & voluntario, appellatio reularitér haud quaquam eſt permiſſa; à juraentis vero neceſſariis, quæ à judice deferuntur, ſuppletorio ſcil. & purgatorio, non ſalm à delatis, verum etiam à præſtitis appelre integrum eſt. Tit. 70. In was Sachen nicht möge appellirt werden.

ſecundum Reſcr. Duc. d. d. 3. Julii 1703. conf. D. *Harppr. Diſp. de Appellat. à Jurej. th. pen. & ult.* §. Desgleichen ꝛc.

127. Quando quis intendit beneficium L. lt. C. de Edict D. Hadr. toll. appellatio loum habet, ſive appellans impedire velit, ne ſtamentum aperiatur, ſive efficere, ne ſcritus hæres in poſſeſſionem mittatur. §. Ebenmäßig ꝛc.

L. *6.* C. *quorum appellat. non recip.*

em obtinet in poſſeſſorio ſummario.

L. *un.* C. *de momentan. poſſeſſ. ibique Brunnem.*

128. A ſententia arbitri compromiſſarii ec appellari nec reductio ad boni Viri arbiium peti poteſt. §. Von Ausſpruch ꝛc.

L. *1.* C. *de recept. arbitr.* L. *27.* §. *2.* ff. *de recept. qui arbitr. recep.*

Jure tamen provinciali reductioni locus eſt, quis enormiſſime læſus fuerit; à ſententia ioque ſuper reductione lata appellatio nullibi oc jure provinc. prohibita eſt, quippe quæ rinde habetur, ac ſi à judice ordinario lata ſet.

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 1. th. 136.

129. Pars appellans ſi quid attentet, & lverſarium ſpoliet, beneficium appellationis amit- Tit. 72. Von Attentaten.

amittit, quia cenſetur appellationi renunciaſſe, ac propria autoritate ſibi jus dicendo judicem contemſiſſe.

Dn. D. Schvveder de Renunciat. Appellat. Nicolai de Proceſſu, P. 2. *Cap.* 11. *num.* 9.

Tit. 75. Von Angriff der Güther ꝛc.

130. Quemadmodum hodie inſtrumentis liquidis & indubitatis parata executio competit, etiam de Jure Wurtembergico;

§. So dann die Glaubiger ꝛc.

Vid. §. So dann der Glaubiger ꝛc. §. Wann Schulden allerding bekanntlich ꝛc. §. Und ſo der Angriff ꝛc. *h. t. it. Part.* 2. *tit.* 7. §. Gleicherweiſe ꝛc. *Beſold ad J. P. W.* Diſp. 1. *th.* 41. & 142. *Dn. D. Majer Diſp. de Miſſione in poſſeſſ. ex primo & ſecundo decr. th.* 10.

ita huc quoque pertinent literæ cambiales, die Wechſel-Brieffe, quæ paratam & ipſæ habent executionem,

R. Imp. de A. 1654. §. Als auch bey den Handels-Städten ꝛc. *Lauterb. Tract. Synopt. de Querela Non Num. Pec.* §. 31. *num.* 10.

quod vero pro hiſce literis cambialibus nec jus taciti pignoris, nec privilegium perſonale ſimplex competat,

Vid. D. *Harppr. in Trutina* 20. *pign. tacitor. ſpuriorum, th.* 18.

§. Nachdem ſich offtmahls ꝛc.

131. Si uni ex Chirographariis à debitore ſolutum ſit, id repeti nequit à reliquis Chirographariis, eo quod tales Creditores, quotquot ſunt, pari jure nituntur, hinc ſibi vigilando conditionem ſuam meliorem reddere poſſunt.

L. 6. §. 2. *ff. de reb. aut. judic. poſſidend.*

etſi ſciverit creditor, debitorem non eſſe ſolvendo, ſuum enim recepit, ſibique vigilavit.

L. 6.

L. 6. §. 7. ff. de his, quæ in fraud. Credit.

ſi modo ſolutio fiat, antequam bona debitoris à creditoribus poſſeſſa fuerint.

d. L. 6. § 7.

nec iſta ſolutio uni vel alteri creditori, pluribus inſtantibus ac ſolutionem urgentibus, per gratificationem facta ſit, vel per colluſionem aliquid ſolutum.

L. 6. §. 2. ff. de reb. aut. jud. poſſ. Carpz. Ipr. For. P. 1. C. 28. def. 178. D. Harppr. Conſult. 74. num. 54. & ſeq. D. Schœpff Decis. 241. num. 1. & ſq.

132. Alia ratio eſt, ſi creditores non pari jure nitantur, ſed alii aliis ſint potiores in jure prælationis, hinc quod uni ex chirographariis, aut etiam omnibus ſolutum eſt, id repetere poſſunt hypothecarii vel privilegiati creditores. §. Ob dann wohl ꝛc.

L. 18. §. ult. & L. ſeq. ff. de Jure fiſci. L. 5. C. de privil. fiſci.

neque enim induſtria unius alteri in jure jam quæſito præjudicare ſeu fraudi eſſe debet; idque indiſtincte procedit, ſive creditor poſterior debitum receperit autoritate judicis, ſive id ei ſponte à debitore ſolutum fuerit; ſive adhuc extet id, quod poſteriori ſolutum, ſive, bona licet fide, conſumtum fuerit; imo etiam priores hypothecarii jure repetunt, quod poſterioribus hypothecariis ſolutum; fallit tamen hoc, ſi debitor adhuc alia bona habeat, ex quibus creditoribus anterioribus ſatisfieri poſſit, tum enim tertius poſſeſſor, licet ſit ſimplex creditor, inquietari non debet.

d. L. 6 §. *ult. ff. de reb. aut. jud. poſſid. Carpz. d. C.* 28. *def.* 179. 180. & 181. *conf. D. Harppr. Reſp.* 92. *num.* 358. & *ſeq. it. num.* 142. & *Conſult.* 74. *num.* 61. & *ſeq.* D. *Schœpff* Decis. 242.

idem dicendum de hypothecæ conſtitutione, quæ pariter in præjudicium Creditorum moto jam concurſu, aut facta edictali Citatione fieri nequit, nec ſi per gratificationem, vel poſt immiſſionem in bona demum conſtituta ſit, valet; inde eſt, quod nec debitor fallitus; nec de proximo decocturus hypothecam valide conſtituat,

Vid. D. Schœpff Dec. 243. *n.* 1. & *ſq.*

imo Creditor tempore poſterior, ſciens debitorem non eſſe ſolvendo, ſi hypothecam publicam ſibi conſtitui curet, vel ſi ſimplex hypothecam demum accipiat, actione Pauliana conveniri poteſt, vel ſi hypotheca priori tempore locetur, & datum præferatur.

D. *Harppr. Reſp.* 92. *num.* 368. *Brunnem. ad* L. 1. *ff. quæ in fr. Cred. n.* 4. *Dn.* D. *Schœpff* Dec. 349. *num.* 15. & *ſqq.*

d. §. Ob daun ꝛc. 133. Uſuræ tanquam ſortis acceſſorium eodem cum illis jure cenſeri debent; quemadmodum autem hypothecarii tam quoad ſortem, quam quoad uſuras præferuntur aliis creditoribus infirmiori jure gaudentibus, ita etiam ipſi hypothecarii omnibus illis creditoribus, qui ſingulare jus prælationis, vel hypothecam privilegiatam, vel ſimplicem, ſed tamen publicam, vel tempore priorem habent, pariter tam quoad ſortem, quam quoad uſuras veniunt poſtponendi.

D. *Harppr. Reſp.* 92. *num.* 49.

134. Expenſas judiciales, Gant- und Gerichts-Koſten, etiam in hoc Wurtemb. Ducatu ſingulari præ aliis quibusvis creditis prærogativa gaudere, præter quotidianam experientiam, ex ſupremi Dicaſterii uſu confirmat,

Wibelius de Jure Prælat. th. 3. pag. 10. Beſoldus ad Jus Pr. *W.* Diſp. 1. *th. 143. in fin. Bardili de Judicio Concurſus univers. th. 63.*

cum enim hi ſumtus in gratiam omnium creditorum fiant, ut ipſis juſtitia adminiſtretur, ideo juſtum & æquum reputatur, ut ante omnia credita deducantur, & in prima Claſſe ſtatim primo loco ſolvantur, hucque referunt expenſas in rei æſtimationem & inventarii confectionem factas, ſalarium contradictoris & Curatoris bonorum, ſumtus judiciales, citationis, Conſulenten-Gelder ꝛc.

Vid. D. Schœpff Dec. 330. *num* 1. *& ſqq.*

quomodo autem tales expenſæ moderari debeant, ne ipſa quandoque maſſa per illas abſorbeatur,

Vid. Reſcr. Gen. d. d. 2. *Jan.* 1652. *it. d. d.* 29. *Maji.* 1714.

135 Porro impenſæ funeris, quid vero ſub his comprehendatur, latius docet, §. Wann der Schuldner ꝛc.

D. *Kurrer in Diſp. de Actione funerar. th.* 32. *& ſqu.*

pro modo facultatum & dignitatis defuncti, arbitrio boni viri, præ aliis creditis ſunt exolvendæ.

L. 12. §. 5. & L. 14. §. 6. *ff. de Religios. & ſumt. fun.*

||*d*. L.

quo inprimis etiam pertinent impenſæ pharmacorum & medicorum;

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 1. th. 1, 3.

loquitur autem hic Jus provinc. de perſona debitoris tantum, adeoque eo ipſo excluſæ cenſentur impenſæ in funus aut curam uxoris aut liberorum factæ.

Lauterb. in Differ. Jur. Com. & Prov. Wurtb. P. 1. th. 92. D. Harppr. in Differ. Jur. March-Bad. th. 59.

& quidem de ſumtibus in ultimum debitoris morbum erogatis, hinc ſumtus in talem morbum, ex quo debitor reconvaluit, impenſi, ejusmodi prærogativa non gaudent.

Carpz. Jpr. For. P. 1. C. 28. def. 45. D. Harppr. in Differ. Jur. March. th. 60.

cui diſpoſitioni Juris provincialis non derogat Ordinatio noviſſ. die Apothecker-Ordnung de A. 1720. quippe quæ intuitu iſtarum impenſarum ſeſe ad ipſum Jus provinciale refert.

136. Poſt ſumtus funebres, vi Reſcripti Ducalis, credita ærumnoſis temporibus ad ſuſtentationem pauperum & adſementem faciendam erogata, ſtatim in prima claſſe, ante mercedes famulorum collocari jubentur, ut ſcil. pauperes duris & miſeris ejusmodi temporibus facilius creditores inveniant, nec agri ipſorum maneant inculti, nec ipſi fame perire cogantur.

Vid. Reſcriptum Generale d. d. 4. Julii 1710.

§. Wann der Schuldner 2c.

137. Singulare jus prælationis, quod famuliis & ancillis indultum, intelligendum eſt

de

de iis, qui in ædibus, convictu & famulitio Domini ſunt, von gedingten Ehehalten, die in des Herrn Muß und Brod ſind, nec extendi ſolet auf anderer Handwercks-Leuthe Verdienſt.

Beſold ad Jus Prov. W. Diſſ. 1. th. 145. Carpz. Jpr. For. P. I. C. 28. def. 25. & 27.

niſi hi ipſi certa mercede conducti in ædibus & convictu operas præſtiterint, v. g. ſartores, netrices & alii. Idem dicendum, de iis, qui loco alimentorum pretium convictus acceperunt, welche ſtatt der Koſt in einem gewiſſen Koſt-Geld ſeynd, und ihr Wochen-Lohn erhalten, quo pertinent Inſpectores & Operarii - die Laboranten auf einem Werck. item, qui operas diurnas locant, die Lid-oder Taglöhner, præcipue cum Jus prov. Wurtemb. indiſtincte loquatur von dem Lidlohn, eosque, quibus talis merces debetur, non habita ratione, an in convictu debitoris ſint, nec ne, in prima claſſe collocet.

vid. Dn. D. Schæpff. Dec. 339. per tot.

porro hoc privilegio prælationis utuntur Secretarii, Scribæ, Actuarii, Factores mercatorum, qui certum ſalarium habent, & in ædibus & convictu debitoris ſunt.

Carpz. Part. I. Conſt. 28. def. 26. 28. & 29. Lauterb. in Coll. Th. pr. §. 31. de Priv. Cred.

& quod in Wurtemb. Ducatu hoc ipſum privilegium ſit perſonale, nec ceſſibile, nec in hæredes transmiſſibile, præjudicio firmat,

D. Harppr. in Diſſ. de Juribus Domeſticorum, poſ. 32.

porro privilegio hoc non gaudent ſalaria Advocatorum,

D. Harppr. in Differ Jur. Com. & Marcb. Bad. th. 62.

Præceptorum didactra,

Idem in Trutina 20. pignorum tacit. ſpur. th. 7.

niſi Informatores ſint domeſtici, qui in ædibus & convictu debitoris reperiuntur,

Carpz. Ipr. For. d. C. 28. def. 26. Dn. D. Schæpff Deciſ. 341.

nec honoraria Doctoribus & Profeſſoribus liberalium artium debita,

D. Harpp. Trut. 20. pign. ſpur. th. 6.

nec ſalaria Miniſtrorum Eccleſiæ, niſi certa portio decimarum ad ſalarium percipiendum aſſignata ſit.

Id. d. Diſp. th. 4.

nec etiam liberi parentibus operas familiares præſtantes ac mercedem exigentes hoc privilegio gaudent, niſi ipſis certa merces fuerit promiſſa.

Carpz. de Conſtit. 28. def. 31. & 32.

vel operæ ab illis præſtitæ magnæ, conſiderabiles, quotidianæ & tales ſint, ut illi vices ancillæ vel famuli in familia patris egerint.

vid. D. Harpp Diſp. de Salario pro operis liberorum præſtito, th. 21. & ſeqq.

vel filius emancipatus, ſive alia ratione, v. g. per ſeparationem à familia paterna extra patriam poteſtatem degens, operas præſtiterit patri,

d. Differt. th. 26.

quidſi

quidſi autem merces famulorum ex præcedentibus annis apud dominum reſtet, nihilominus privilegium hoc prælationis competit, modo ne famuli ejus nomine uſuras acceperint.

Carpz. Iyr. For. d. C. 28. def. 24. & 33.

138. Eccleſiæ, Scholæ, Academiæ, Monaſteria, Studioſorum Stipendia in bonis curatorum & adminiſtratorum ſuorum præ cæteris præferentiam habent, pertinetque iſta conſtitutio Juris provinc. ad omnia Collegia, quæ pia cauſa conſtituit, auch auf die geiſtliche Verwaltungen, nicht aber auf die Herrſchafftl. Kellereyen, arg. verb: Innhalts Unſerer Kaſten Ordnung. §. Wo ein Kaſten ꝛc.

Wibelius de Jure prælat. th. 7. pag. 24. vid. Lauterb. Differ. Jur. Comm & Prov. Wurt. th. 94. Id. in Diſſ. de Domicilio pauperum, poſit. 22. add. D. Harppr. Reſp. 93. num. 85. & ſeqq. & Conſultat. 47.

nec extenſionem recipit hæc conſtitutio, ceu Juri Communi contraria, ad cæteros debitores, qui non ex reſiduo, ſed ex mutuo aliove contractu piæ cauſæ obligantur.

Beſold ad Jus Prov. Wurt. Diſſ. 1. th. 146.

inde, illa, quæ Eccleſiis, Monaſteriis, ut & aliis quibusvis piis Corporibus ex contractu v. g. mutui, locationis conductionis, debentur, de Jure Communi & Wurtembergico, nulla tacita hypotheca, nec alia qualibet prærogativa in bonis ſuorum debitorum gaudent.

vid. D. Harppr. Conſ. 60. num. 13. & ſeq. it. Conſ. 69. num. 114. & ſq. & num. 175. ſq.

§. Nach jetzt gemeldten ꝛc. 139. Fiſcus ratione tributorum creditoribus etiam anteriorem hypothecam habentibus indubie præfertur.

L. 1. C. Si propter publ. penſitat. *Lauterb. Tractat. Synopt. de Legali Hypoth.* §. 3. n. 7. & 10. vid. *D. Harppr. Conſult.* 69. n. 168.

quod autem ſecundum Jus provinc. mulctis conceditur privilegium prælationis, an ad caſus quoque confiſcationis extendendum ſit; de eo

Vid. Beſoldus ad l. P. W. Diſſ. 1. th. 147.

ſub vocabulo: und dergleichen, continentur etiam aliæ publicæ penſitationes atque onera realia, quæ Princeps vi Jurisdictionis Territorialis ac propter utilitatem publicam exigere ſolet, ſcil. annui reditus, decimæ, &c.

vid. D. Harppr. Contin. Differ. Juris Com. & Prov. Wurt. th. 8.

ſolaria, unablößige Heller-Zinß, Boden-Zinß, Frohn-Geldter, Haupt-Recht, Handlohn und Weeglößin, ꝛc.

conf. Carpz. Ipr. For. P. I. C. 28. def. 54. *D. Harppr. Reſp.* 93. num. 261. & ſq. & *Conſ.* 69. num. 12.

140. Porro conſtitutum eſt per modum avthenticæ interpretationis in Reſcripto Ducali d. d. 14. Maji. 1695. daß beeder Cammern Kellereyen und Verwaltungen im Hertzogthum, auch Clöſter, Städt, Dörffer und Flecken, arme Cäſten und Hoſpithäler, wegen der Gülten von Erb-Lehen und andern dergleichen Gütern, in die rubric, Herrſchafft, gemein Nutz und Obrigkeit ꝛc. eingeſetzt werden ſollen.

D. Harppr. Contin. Differ. Jur. Com. & Pr. W. th. 7.

ex quo ſtatim pateſcit, diſpoſitionem hanc privilegiariam neque ad privatos, quibus forte jus exigendi annuum canonem competit, neque ad alia pia corpora extra Ducatum ſita, in tali caſu extendendam eſſe.

Idem in Reſp. 93. num. 162. & ſqq.

141. Poſt tributa & collectas in primam quoque claſſem referri jubentur in hoc Ducatu fruges ad ſuſtentationem pauperum vel ad ſementem faciendam à Cameris Ducalibus, ſub atteſtatione Officialium aut Judiciorum, der Gerichte, ſubditis mutuo dati.

vi Reſcripti Ducalis d. d. 11. Apr. 1714.

142. Simili privilegio prælationis gaudent, die Lehen- und Gült-Trägere, welche bey vorfallenden Ganthen ratione deren an ihre obærirte Mit-Cenſiten oder Gült-Leuthe zu fordern habenden Gült-Ausſtänden, gleich dem Fiſco ſelbſt, in primam claſſem locirt werden ſollen.

Vid. Reſcriptum Ducale d. d. 16. Sept. 1722.

143. Quidſi autem bona debitoris obærati non ſufficiant primæ claſſis creditoribus, quæritur, quis ordo inter eos ſit obſervandus? reſpond. ordo in Jure provinciali præſcriptus, ita ut is, cujus ibi prior ſit mentio, cæteris quoque præferatur, per aperta ipſius Juris provincialis verba.

Part. I. tit. 75. pag. 209. & 210. ibi: Soll vor allererſt, was auf ſeine Begräbnüß rc. Der Spithal vor allen andern rc. *porro*: Nach jetzt gemeldten rc. *Beſold ad I. P. W. Diſſ. 1. th. 144.*

ſi tamen plures creditores concurrant, qui abſolutum ejusdem tituli prælationis privilegium habent, v. g. was ſub titulo: Herrſchafft gemein Nutz und Obrigkeit zu ſtehen komt, tum inter hoſce nulla prioritas in ſolvendo attendenda, ſed cuilibet pro rata & pro portione crediti ſatisfaciendum.

vid. D. Harppr. Conſ. 69. num. 41. & ſq.

§. Folgends 2c. 144. De Jure Civili illi ſaltem, qui pecuniam ob ædificiorum reſtitutionem dedit mutuam, in ædificiis inde reſtitutis tacita competit hypotheca,

L. 1. ff. in quib. cauſ. pign. tac.

quam Interpretes communiter privilegiariam eſſe docent,

per L. 5. & *6. ff. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 3. vid. Lauterb. Tr. Syn. de Leg. Hyp.* §. 10. *n. 55. & 62.*

quemadmodum autem hæc de Jure Communi ratione ædium competens tacita hypotheca privilegiaria Jure Prov. Wurtemb. nullibi ſublata eſt.

D. *Harpp. Reſp. 93. num.* 134.

ita Sereniſſimus Legislator porro conſtituit, ut etiam is, qui in aliam rem reficiendam vel conſervandam credidit, ſimili prærogativa gaudere debeat, modo ſibi in hoc caſu de hypotheca ſpeciali pactione proſpexerit, eo quod ſcil. talis pecunia ſalvam fecerit totius pignoris cauſam.

L. *5. ff. qui pot. in pign. d. Reſp. 93. n. 135. adde infra notat.* Lib. 2. *tit. 8.* §. 28.

unde generaliter omnes illos, qui tales expenſas fecerunt, quæ in commune totius maſſæ com-

compendium cedunt, omnibus etiam anteriorem hypothecam habentibus creditoribus præferunt, v. g. qui impenſas fecerunt in vinearum vel agrorum culturam, item, qui debitori vel curatori bonorum frumentum ad ſementationem agrorum vendunt vel commodato dant, vel pecuniam ad tale frumentum coëmendum crediderunt.

D. Harppr. Conſ. 69. num. 35.

ſimili prærogativa gaudere volunt trituratores, meſſores, foeniſecas, & conſimiles mercenarios, licet de pane debitoris non vivant, nec in ejusdem ædibus reperiantur, item, qui collectas pro debitore ſolvunt.

vid. Carpz. P. I. C. 28. def. 37. & 38. D. Harppr. Differ. *J. Civ. & March-Bad. th. 61. Ejusd. Reſp. 93. num. 142. & ſq. it. Conſult. 69. n. 144. ſq. add.* Dn. D. *Schœpff. Deciſ. 340. per tot.*

145. De Jure Civili mulier creditoribus etiam anteriorem expreſſam hypothecam habentibus præfertur, §. Es ſollen der Frauen ꝛc.

L. 12. C. qui pot. in pign. Nov. 97. Cap. 2. & 3.

Jus Provinciale autem voluit uxorem tacitam tantum, non etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præferri; Si vero Creditor tacita ſive legali hypotheca inſtructus prior quidem ſit tempore, v. g. A. 1710. ſed poſt eam alius creditor expreſſam hypothecam habens A. 1715. veniat, & poſtmodum Uxor marito dotem inferat A. 1720. hoc in caſu mulierem ex æquitate ob favorem dotis, & ex regula illa: Si vinco vincentem &c. utrique præferendam eſſe ſtatuunt. §. Jedoch ꝛc.

Carpz. Ipr. For. P. 1. Conſt. 28. def. 175. Beſold ad I. P. W. Diſp. 1. th. 149. Vid. Dn. D. Schœpffii Diſſ. de Jure Præcluſ. Creditorum á Judicio Concurſus, in fin. pag. 31.

ubi duos adhuc ſimiles caſus ſubnectit. imo de Jure Wurtemb. etiam tacita quandoque, ſi antiquior fuerit, uxori præfertur, eo ſcil. in caſu, quo maritus ante nuptias prædium emit, nec adhucdum ejus pretium ſolvit.

Lauterb. Differ. I. Com. & Pr. W. P. I. th. 96.

quamvis autem hypotheca mulieri conceſſa tranſeat in hæredes tanquam jus reale,

Lauterb. Diſp. de Tacito pignore, th. 18.

privilegium tamen prælationis intuitu dotis conceſſum nec in ſucceſſores univerſales nec particulares tranſit.

d. Diſp. th. 19. & 20.

exceptis liberis ex eodem matrimonio, ex quo dos petitur, procreatis, qui jure prælationis in dote matris gaudent, non quidem jure transmiſſionis aut ſucceſſionis, ſed ex ſpeciali Legis conceſſione & extenſione, hinc in bonis maternis novercæ præferuntur.

L. 12. §. 1. verſ. exceptis C. qui pot. in pign. Nov. 97. cap. 1. d. Diſp. th. 19.

in paraphernalibus autem ſive præterdotalibus bonis tacitam ſaltem eamque ſimplicem hypothecam habent mulieres, non privilegiatam, cum privilegium tantum ratione dotis ſit conceſſum.

L. 12. §. 2. C. qui pot. in pign.

quæ diſpoſitio Juris Civilis in Jure provinc. non eſt correcta.

Lauterb. Tr. Syn. de Legali Hyp. §. 5. n. 26.

an vero tacita hypotheca bonis paraphernalibus in-

indulta concedenda ſit etiam liberis vel matri in bonis vitrici intuitu paternorum, quæ ad liberos ſpectant, à matre novo marito ſive vitrico allatorum? id quod affirmandum, cum & hæc ipſa bona præter dotem allata, & conſenſu uxoris, durante matrimonio, à marito adminiſtrata, adeoque paraphernalia ſint, in quibus tacitam hypothecam concedit,

L. *fin. C. de pact. conv. vid. Dn. D. Schœpff Dodecas Theſ. & Differ. inter Jus Com. & W. th. 7.*

ratione Morgengabæ nec tacita hypotheca, nec aliùd jus prælationis mulieri competit de Jure Wurtemb.

D. Harppr. Scrutin. 18. hypothec. ſpur. §. 6.

ſi tamen bona iſta adhuc extent, vindicari ab uxore poſſunt, quod pariter de bonis dotalibus ac paraphernalibus dicendum.

d. Diſp. §. 6. Carpz. J. For. P. 1. C. 28. def. 13.

ita ſcil. ut probatione dominii facta ipſa à reliquis creditoribus ſeparetur, resque illi reſtituatur, neque diſceptationi de prælatione ſe ſubjicere teneatur, neque in certa claſſe aliqua collocetur.

L. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. poſſid.

quomodo autem in bonis mariti jure retentionis uti poſſit,

Vid. Lauterb. Diſp. de Jure Retent. th. 10. ſq.

146. In Creditoribus hypothecariis regula illa locum habet: qui prior tempore, potior jure; §. Wo einem ꝛc.

L. 2. *C. qui pot. in pign. hab.*

excipiuntur hypothecæ privilegiatæ, item pi-

gnora publica, quæ hypothecis privatis licet tempore anterioribus præferuntur.

L. 12. §. 1. C. d. t. L. 11. C. eod.

publica autem pignora hic dicuntur ratione modi illa conſtituendi, ex eo videlicet, quod vel coram Magiſtratu, ſeu in loco aut apud acta judicii.

arg. Auth. ſi quis. C. qui pot. in pign.

vel coram Notario, ſi is publicum deſuper inſtrumentum conficiat, vel coram tribus teſtibus,

L. 11. *C. d. t.*

conſtituuntur; non vero illa, quæ reſpectu cauſæ efficientis ita dicuntur, nam inter omnia iſta pignora, nempe judiciale, teſtamentarium, & prætorium, regula juris: prior tempore, potior jure, promiſcue obtinet, neque aliud dicendum de hypotheca tacita ſive legali, nam etiam legalis non privilegiata poſterior cedit conventionali ſpeciali antiquiori, ſive hæc publica ſit ſive privata; uti vice verſa conventionalis poſterior cedit antiquiori legali, modo illa non ſit publica, nam etiam publica expreſſa poſterrior præfertur tacitæ anteriori, quod enim in expreſſa conventio, id in tacita operatur Lex.

L. 8. *ff. qui pot. in pign. L. 28. ff. de Jure fiſci* L 2. *C. in quib cauſ. pign. tac. D. Harppr. Diſſ. de pignore publ. §. 5. & 6. it. Conſult. 69. num. 67. & ſq. add. Differ. March-Bad. th. 71. & 80.*

& quod nec jure Wurtemb. hac in parte aliud ſtatuendem ſit, ex §. nachdem ſich ꝛc. h. t. pag. 209. & rubrica: Eingeſetzte ausdruckliche verſchriebene, wie auch ſtillſchweigende Unterpfand, pag. 210. evincitur, cum hic in concurſu hypothecarum expreſſarum

ſarum & legalium ad prioritatem temporis generaliter reſpicere jubeat Jus Provinciale Wurtemb. add. §. ſequ. Es ſollen ꝛc. p. 211. junct. part. 2. tit. 8. §. Desgleichen ꝛc. ubi mulier ratione dotis non niſi tacitis anterioribus hypothecis præfertur, expreſſis anterioribus autem absque diſtinctione inter publicas & privatas hypothecas poſtponitur.

Vid. Dn. D. Schœpff de Proceſſu unilater ex qualitate cauſæ, in ſubj. Coroll. p. 20. & ſeq.

ubi hanc ſententiam pluribus rationibus firmat; & ad contraria reſpondet.

147. Qui hypothecam generalem & ſpecialem habet, non poteſt pro lubitu in quacunque re debitoris executionem petere, maxime in præjudicium aliorum creditorum, quibus iſtæ res pariter obligatæ, ſed præciſe rei ſpecialiter obligatæ inſiſtere debet, antequam ad alias res deveniat; eſt enim tali caſu hypotheca generalis tantum ſubſidiaria. §. Da einem ꝛc.

L. 2. C. de pignor. ibique Brunnem. Carpz. Ipr. For. Part. 2. Conſt. 23. def. 29.

quidſi a. creditor hypothecarius proteſtetur, ſe concurſui creditorum ſe immiſcere nolle, ſed jura ſua ab iſto ſeparata reſervare, ac pignori ſuo vel poſſeſſioni incumbere velle? reſp. hæc proteſtatio non excludit quidem aliorum creditorum jura priora, operatur tamen contra proteſtantem, ita ut bonis oppignoratis, quamvis ad ſolutionem non ſufficiant, contentus eſſe debeat, & ad alia nullum habeat regreſſum, licet generalem habeat hypothecam; hinc illo demum caſu utilis eſt hæc

pro-

proteſtatio, ſi nulli Creditores potiores adſint, & pignora ad ſolutionem ſufficiant.

vid. Dn. D. Schœpff. Diſſ. de Jure Præcluſionis Creditorum à Judicio Concusſus, §. 14.

quid habendum ſit de illo, cujus pecunia dimiſſus eſt privilegiarius creditor, an ſuccedat in hujus privilegium.

vid. Carpz. d. P. 1. C. 28. def. 133. & 134. add. D. Harppr. Conſult. 74. num. 7. & ſq.

§. Wo ob- erzehlte ꝛc. 148. Inter creditores ſimpliciter ſive perſonaliter privilegiatos de Jure provinc. Wurtemb. primo loco ponitur locator; quoad mercedem domus alteri locatæ, quamvis enim locatori jam tum in rebus invectis & illatis tacita hypotheca competat, attamen, cum varii caſus poſſint exiſtere, in quibus tacito ſuo pignori incumbere nequeat, ipſe talibus in terminis non quidem inter creditores hypothecarios, ſed tamen in quarta claſſe inter creditores perſonaliter privilegiatos primo omnium loco, etiam ante deponentem, collocabitur.

D. Harpp. Contin. Differ. Jur. Civ. & Prov. W. th. 9.

poſt locatorem veniunt alii de jure communi privilegiati creditores, quales ſunt depoſitarii, item Reſpublica creditrix, & de Jure quidem Wurtemb. etiam Civitates municipales, quoad illa debita, in quibus jus commune non reperitur correctum.

Lauterb. Diſp. de Privilegio Creditorum perſonali ſimplici, th. 22.

notandum enim, quodſi plures ſimpliciter privilegiati concurrant ejusdem conditionis, inter

inter illos regulariter nullus obſervetur ordo, ſed omnes ſimul pro rata admittantur, v. g. ſi plures ſint depoſitarii; ſi vero plures diverſæ cauſæ ſive tituli concurrunt, tum quidam ob ſingularem cauſæ ſuæ favorem, reliquis diverſæ & minus favorabilis cauſæ creditoribus præferuntur;

L. 32. ff. de reb. aut. jud. poſſid.

illi autem favorabiliorem cauſam habere creduntur, quibus Leges expreſſe talem prærogativam dederunt, qualem de jure Wurtemb. habet locator ex ipſo Legis tenore.

Lauterb. d. Diſp. th. 49.

149. Quando creditores privilegiati & hypothecarii ſuum conſecuti ſunt, tum ſi quid reſidui in bonis debitoris manet, chirographarii in tributum vocantur, non attenta temporis prioritate, par enim conditio eſt omnium chirographariorum, & uno immiſſo omnes immiſſi cenſentur.

L. 12. *ff. de reb. aut. judic. poſſid.*

poſſunt tamen bona defuncti debitoris, ſi hæc magis creditoribus ejus exſolvendis ſufficiant, à bonis hæredis pariter obærati, ante commixtionem ſeparari, de quo beneficio ſeparationis

Vid. tot. tit. ff. de Separationibus. nec non Lauterb. *Diſp. de Separatione.*

quodſi ad meliorem fortunam pervenerit debitor, creditores, qui ſuum non ſunt conſecuti, eum ad debitum ſolvendum optimo jure convenire queunt, ſalvo tamen beneficio competentiæ, §. fin. J. de act. nam nec ceſſio bonorum,

norum, nec concurſus creditorum, modus eſt tollendi obligationem in totum, & extinguendi quoad bona futura actiones creditorum ſed illæ ſalvæ manent, earumque effectus interim ſuſpenditur, donec iterum bona acquiſiverit debitor.

Cap. 6. X. de Solut. Brunnem. de Proc. *Conc. Cred. Cap. 7 §. 21. Dn. D. Schœpffii Diſſ. de Jure Præcluſ. Credit. à Judicio Concurſus, §. 21.*

150. Qui ſpecialem tantum hypothecam habet, in aliis bonis nullum jus conſequitur, hinc, ſi ea res peremta, vel ab aliis creditoribus conſumta ſit, etiam talis creditor hypothecarius, niſi inſuper generali hypotheca munitus ſit, inter chirographarios collocatur in claſſe ultima.

Brunnem. de Concurſu credit. Cap. 5. §. 66. Dn. Stryck de Cautel. Contract. Sect. 2. Cap. 4. §. 16.

§. Allerley ꝛc. 151. Sicut in genere nec tutor, nec curator, nec procurator, nec negotiorum geſtor, nec executor ultimæ voluntatis, nec Officialis rem, quam ex officio vendunt, emere poſſunt, cum nemo ſimul emtoris & venditoris vice fungi poſſit.

L. *46. ff. de Contrah. emt. vendit.* Lauterb. Diſp. *de Alienat. rer. min. 17. Id. de Executor. Ult. Volunt. pag. 67. num. 101. Bardili* Diſp. *de Autorit. Tut. th. 36. Id. Exercit. ad* Pand. *2. Concl. 24. vid. Reſcr. Gen. d. d. 27. Maji 1652.*

ita nec iis, qui circa publicam ſubhaſtationem occupati ſunt, Magiſtratibus, Judicibus, lictoribus, emtio permiſſa eſt,

Plebſt ad Jus Prov. W. Diſp. *1. th. 168.*

nec

nec per ſe, nec per intermediam perſonam, palam ſeu clam; & ſi de facto initur emtio venditio, non ſaltem eſt nulla, ſed emtores inſuper extraordinarie puniuntur.

Dn. D. Graß, Differ. Jur. Civ. & Prov. W. th. 13.
idque etiam ad eorum domeſticos porrigitur.
D. Harppr. Diſp. de Juribus Domeſticorum, th. 13.

152. Ceſſio bonorum cum ſit beneficium juris, quamvis flebile ac miſerabile, non obtruditur invitis, nam in ipſius debitoris, non creditoris, voluntate libera ſitum eſt, an bonis ſuis omnibus cedere, an vero carceri mancipari velint; ſicuti autem invitis non datur, ita nec invitis debitoribus auferri poteſt beneficium ceſſionis, cum ſit vindex quaſi libertatis naturalis, & ex ipſo juris naturalis fonte manare videatur. *Tit. 76. de Ceſſione bonorum.* §. Als auch 2c.

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 1. th. 172.
quamvis hodie multis in locis incarceratio debitorum iterum ſit recepta, & invitis creditoribus vix amplius locus ſit ceſſioni bonorum, uti de plerisque celebrioribus Germaniæ Emporiis teſtatur

Hoppius in Comment. ad Inſtit. §. ult. J. de Act.
debitori autem, qui ad faciendum obligatus eſt, non competit beneficium ceſſionis, cum quilibet in opera dives & ſolvendo præſumatur, nec in ceſſione bonorum operæ includantur, nec dolo careat, qui quod poteſt, tamen non vult; limitatur tamen hoc, ſi operæ perſonales requirant ſumtus.

Bardili *Diſp. de Obligatione faciendi*, §. 144.

153. Creditores non ſolum ad domum vel in faciem, ſed inſuper per Edictum citari debent, hinc duplex citatio neceſſaria eſt, ſpecialis §. Fürs ander 2c.

quoad

quoad certos, edictalis quoad incertos & ignotos creditores, ita tamen, ut alienæ Juris dictioni ſubjecti per ſubſidiales Juris citari, & Magiſtratus requiri debeat, ubi citatio edictalis affigenda,

Dn. D. Schœpff de jure præcl. cred. à judicio conc. §. 8. & 9.

quæ citatio edictalis de Jure Wurtemb. ad minimum continere debet ſpatium trium ſeptimanarum; & quoad hanc quidem citationem edictalem in hoc §. **Fürs andere** exprimitur, **ein geraumer** Termin, ita ut prudentis judicis arbitrio determinatio termini pro diſtantia locorum, relicta videatur.

vid. d. Diſſ. §. 11.

& cum inter bonorum ceſſionem & concurſum creditorum parum admodum interſit,

Dn. Stryk Diſſ. de Civit. obærata, Cap. 4. n. 44.

ideo talis citatio multo magis neceſſaria eſt in ipſo proceſſu edictali, **in dem Gant**-Proceſs, ne, ſi forte finito proceſſu novi creditores antea non citati ex poſt facto compareant, proceſſus de novo ſit inſtituendus, cum res inter alios acta aliis non præjudicet.

Dn. Ludovici in der Einleitung zum *Concurs-Proceſs, Cap. 3. §. 2. & 3.*

de cætero proceſſus talis concurſus creditorum in hoc Ducatu Wurtemb. ſine ſpeciali Reſcripto Ducali adornari nequit.

vid. Reſcr. Gen. d. d. 25. Nov. 1652.

nec coram judicio pagi inſtitui poteſt, ſed coram judicio præfecturali eſt tractandus; ſententia quoque in cauſis creditorum, quæ majoris ſunt momenti, non ferenda, niſi Juris peritorum aliquis deſuper fuerit conſultus.

Reſcr. Duc. d. d. 19. Maji 1714.

quo-

quomodo a. facultates debitoris in inventario deſcribi, & ulterius in ipſo proceſſu circa legitimationem, liquidationem & prioritatem creditorum procedi debeat,

vid. Reſcr. Gen. d. d. 8. Jan. 1652. & d. d. 29. Maji 1714.

154. Si debitor cedens non omnia bona indicet, ſed quædam celet, ſubtrahat, aut in necem creditorum alienet, ceſſionis beneficium perdit, poteſtque incarcerari, & pro qualitate circumſtantiarum graviter puniri; ita ſi neget debitum, & poſtea per ſententiam condemnetur, æque hujus ceſſionis particeps fieri nequit. §. Zum dritten ꝛc.

L. 8. ff. de Ceſſ. bon. Plebſt. ad I. P. W. Diſp. 1. th. 173.

155. Sicuti de Jure Civili Romano, marito ad inopiam vergente, uxor dotem & cætera eidem allata, etiam ſtante matrimonio, repetere valet. §. Nicht weniger ꝛc.

L. 24. *pr. ff. ſolut. matr. L. 29. C. de Jure Dot.*

ita quoque Jure Conſuetudinario ac Wurtembergico uxor non ſolum in caſu, quo maritus ipſe ad concurſum provocat vel bonis cedit, ſed & quando ipſo abſente vel latitante concurſus ab ipſius creditoribus excitatur, lucris connubialibus renunciando, ſeſe debitis exuere, & 1.) bona dotalia, 2.) paraphernalia, quæ ipſa marito præter dotem attulit, quo etiam pertinent bona liberorum, quorum uſumfructum habet mater, & quæ ſimul cum propriis bonis ſecundo marito attulit. 3.) conſtante conjugio ipſi delatas hæreditates, legata, fideicommiſſa, donationes tam mor-

tis cauſa, quam inter vivos, donationes, quas ipſe maritus, antequam facultatibus lapſus, in uxorem legitime contulit; 5.) veſtes, clinodia, & id omne quod ad corpus uxoris pertinet; 6.) Morgengab am.

Conf. Supr. *not.* §. 145.

repetere poteſt; non obſtante communione bonorum, ſive ſocietate bonorum conjugali; cum enim hoc ipſum, ut etiam uxor ob debita mariti, neſcia uxore, vel conſenſum ſuum non accommodante, contracta, ab illius creditoribus pulſari poſſit, contra regulas juris civilis conſuetudine invectum ſit, ideo recte conſuetudo in favorem uxorum etiam illud admiſit, ut renunciando iſti communioni, etiam tota uxoris obligatio collabaſcat.

Vid. **Lauterb.** Diſp. *de Ære alieno in Societ. conjug. contr. ſolvendo*, §. 71. *D. Harppr. Tract. de* Renunciat. *acquæſt. conjug.* §. 11. 78. 79. & 80. *it.* §. 101. & 104. *Ejusd. Reſp.* 67. *num.* 49. *conf. quæ contra hanc renunciationem acquæſtus conjugalis diſput. Dn.* Bœhmer *in* Diſſertat. *de Æris alieni inter Conjuges Hamburg. communione* §. 8. & *ſeq.*

156. Negatur tamen hoc juris ſubſidium 1.) ſi uxor ſuo luxu, ignavia, prodigalitate, mariti cenſum diſſipaverit & conſumſerit, & poſtea miſeros creditores, quorum pecuniam ipſa deglutivit vel in ſumtus inutiles diſſipavit, hac renunciatione ſuæque dotis & aliorum illatorum repetitione defraudare contendat.

Lauterb. *d. Diſp.* §. 71. *num.* 6. **D.** *Harppr. d. Tr.* §. 141.

2.) ſi uxor vel ſola, puta ſine marito, verun-

runtamen cum alterius curatoris conſenſu, vel una cum marito, legitimo modo, alteri vel ſimpliciter, vel in ſolidum, in communem ſocietatis conjugalis uſum ſe obligavit, tunc enim jus creditori quæſitum, eidem invito, uxoris renunciatione auferri nequit.

Lauterb. d. Diſp. §. 58. D. *Harppr. d. Tr.* §. 9.

ejusmodi enim æs alienum ab utroque conjugum contractum ex acquæſtu conjugali, vel hoc deficiente ex propriis conjugum bonis æqualiter eſt ſolvendum, licet illud maritus una cum ſola uxore contraxerit nullo alio uxoris curatore adhibito.

d. Diſſ. *de Ære al.* §. 57.

quando enim uxor tanquam ſocia cum marito in rem communem contraxit, tum quoad ſuam partem non contra juris prohibitionem pro alio interceſſit, ſed firmiter inde eſt obligata, ita ut nec beneficio SCti Vellejani, nec novæ Conſtitutionis adjuvetur.

L. 17. §. *fin. ff. ad SCt. Vellej.* Lauterb. *d.* Diſſ. §. 62. *num.* 11. & *ſequ.*

nec in tali contractu à marito & uxore, tanquam ſociis, in rem communem inito, opus eſt, ut creditor verſionem in rem uxoris probet, ſed hoc ſaltem requiritur, ut uxor in communem cauſam & utilitatem ſponte ſe obligaverit, & hoc in Judicio appareat.

Jus Prov. P. 2. *tit.* 29. *pr. ibi*: es wäre dann ꝛc. *Lauterb. d.* Diſſ. *de Ære al.* §. 62. *num.* 16. & 17. *D. Harppr. Conſult.* 69. *n.* 208. *ſq.*

157. Cæterum ſi uxor propter talia communia, in ſuam quoque fidem recepta debita crediti-

ribus quid ſolvat, id eandem à marito vel ejus hæredibus, facta renunciatione acquæſtuum conjugalium, ad quos tunc illud omne, cujus gratia tale debitum contractum eſt, perveniſſe cenſetur, repetere poſſe, ex Argentræo definit,

D. *Harppr. d. Tr. de Renunc. Æqu. conj.* §. *99.*

porro, ſi uxor adhuc ſit minoris ætatis, vel juſtus metus probari poſſit, vel demonſtrari, quod creditor jam tempore celebrati contractus bene ſciverit, maritum talem pecuniam dilapidaturum & profuſurum eſſe, vel in propriam aut alienam utilitatem inſumturum, tum quod contra hujusmodi obligationem a ſe ipſa ob cauſam ſocietatis cum marito contractam, in integrum reſtitui poſſit mulier, traditur ab eod.

Harppr. d. Tr. §. *97.*

denique quod aliud de illo caſu ſentiendum ſit, quando uxor non ſimul cum marito contraxit, ſed demum poſt aliquot menſes vel annos pro debito à ſolo marito contracto ſeſe obligavit, & quod tali in caſu, ſi fœmina beneficio Sćti Vellejani & novæ Conſtitutionis Avth. ſi qua mulier, C. ad Sćt. Vellej. non in ſpecie & legaliter renunciaverit, ea ipſo jure tuta ſit, ex Grivello pronunciat.

Id. d. Tr. §. 100. *conf. tn. notata ab Eod. in Conſult. 70. num.* 132. *& ſeq. add. infr. not. ad* Part. 2. *Tit.* 29. §. 136. *Itemque ad* Part. 4. *tit.* 4. §. 10. *& ſq.*

Tit. 77. Von Schmach-Sachen.

158. Plerubique locorum hodie ſpecialibus ſtatutis diſpoſitum legitur, ut proceſſus

non aliter, quam tentata prius amicabili compoſitione, decernatur, quod ipſum ſalubre inſtitutum etiam in Jure Provinc. Wurtemb. §. Dieweil 2c.

Part. 1. *tit.* 8. §. fürs andere 2c. & *h. t.* 77. *pr.*

inprimis quoad odioſas injuriarum cauſas approbatum.

Vid. D. *Harppr. Diſp. de Tranſact. Judiciali, th.* 5. & 10.

159. Cum in caſu, ubi injuriæ ex lubricitate linguæ, vel ex inconſulto iracundiæ calore, effuſæ ſunt, nullus vel ſaltem remiſſior dolus adſit, ideo Sereniſſimus LLator ſtatuit, quod tales injuriæ, nullo ulteriori proceſſu conceſſo, à judicibus ex officio tollendæ ſint, §. Im Fall aber 2c.

Lauterb. Diſp. de Ira, th. 49. & 50.

præcipue, ſi actio ita ſit inſtituta, ut ex amicabili compoſitione actor idem obtenturus ſit, quod ex diuturno litigio ſperat, veluti ſi ex L. Diffamari, &c. officium judicis ſit imploratum, ut reo perpetuum ſilentium imponatur, & ille hoc ſponte ſpondeat, negando injurias, aut verba, quæ actor in ſui contumeliam prolata dicit, ſic mature declaret, ut actioni injuriarum nullus ſit locus, tum enim judex nimium in actore vindictæ ſtudium cohibere poteſt.

D. *Harppr. d.* Diſp. *de Tranſact. Judic. th* 12, *pag.* 18. *in pr. Idem in* Diſp. *de Expreſſa honoris in ſententia judicis reſervatione, th.* 9.

adeoque talis declaratio hunc inſignem effectum Juri civili alias incognitum, uti mori-

bus hodiernis communiter, ita etiam Jure Wurtemb. producit, ut intuitu illius actio injuriarum tollatur vel denegetur, ſic ut talis injuriantis de injuriati exiſtimatione conteſtatio ſit optimum palinodiam effugiendi remedium, modo injuria verbalis non valde ſit atrox, & injurians adhuc ante litem conteſtatam in præſentia magiſtratus & aſſeſſorum ſuam pœnitentiam declaret.

D. Harppr. Contin. Differ. Jur. *Civ. & Pr. W. th.* 10.

§. Ob wohl ꝛc. 160. Actio recantatoria, quamvis non ſit famoſa, cum id nulla lege reperiatur conſtitutum, eaque tendat ad famæ opinione hominum qs. ablatæ reſtitutionem, adeoque ſit qs. rei perſecutoria, & quod in aliis delictis eſt condictio, id in injuriis ſit recantatoria actio, nulla autem condictio infamet.

L. *36. ff. de Oblig. & Act.* Lauterb. *Diſp. de Act. injur. recantat. th. 37.*

tamen, quia parum honorificum eſt recantare, ideo non facile quis ad recantationem condemnandus, niſi injuria ſit atrox, & reus perſeveret in calumnia.

Beſold ad Jus P. *W.* Diſp. 1. *th.* 164. & 165. inprimis v. Miniſtris Eccleſiæ in hoc Ducatu ſine ſpeciali mandato Sereniſſimi ignominioſa eaque publica recantatio imponi nequit.

Vid Cynoſ. Eccleſ. Cap. 3. pag. 245. §. Es ſolle auch ꝛc.

reſervatio honoris autem in actione etiam recantatoria locum habet, eaque in hoc Ducatu tum demum excludi ſolet, ſi reus pertinaciter in ipſo quoque judicio in ſuis conviriis per-

perſeveret, illaque atrocia ſint, nec probari poſſint, adeo ut condemnatus jure infamiam incurrat; nec judex honorem ei facile reſervare poſſit, quia delictum augetur perſeverantia.

vid. Ordinat. Dicaſt. Part. 3. *tit.* 25. §. 4. *Beſoldus ad I.* P. *W. d.* Diſp. 1. *th.* 166. *add.* D. *Harppr.* Diſp. *de Expr. hon. in ſent. judicis reſervat. th.* 29. & *ſeqq.*

ſingularem recantationis formulam exhibet

Dn. *Thomaſius*, *in* Diſp. *de Homicidio linguæ*, §. 39.

ordinariam v. in hoc Ducatu uſitatam

Dn. *Haberlinus*, *Conſil. Regim. Wurt. in Tr.* von denen Hof-Gerichts-Urteln, *pag.* 283.

inſimul ex §. Wir wollen ꝛc. h. t. pateſcit, quod actio injuriarum æſtimatoria & criminalis de Jure provinciali Wurtemb. cumulari poſſint.

Dn. D. *Graß.* Differ. *Jur. Civ. & Wurt. th.* 8.

161. De Jure civili quod judex in ſententia reo honorem expreſſe reſervare poſſit, colligitur ex §. Doch ꝛc.

L. 13. §. 7. *ff. de his qui not. infam. vid.* D. *Harppr. d.* Diſp. *de Expr. honor. reſerv. th.* 5.

Jure autem Wurtembergico judex injuriarum condemnato honorem & exiſtimationem regulariter reſervare non tantum poteſt, ſed etiam jubetur, atque ſic cogitur & tenetur.

Ord. Dicaſt. Part. 3. *tit.* 25. §. 3. *ibi*: Doch ſollen dadurch unſere Unterthanen ihrer Ehren nicht entſetzt ſeyn, ſondern dieſelbe ihnen austrucklich in der Urthel vorbehalten werden ꝛc.

hinc ſi judex reſervationem honoris omiſerit, tamen injuriarum ſimpliciter condemnatus in-

famiam non incurrit; ob reales autem injurias, ſi actio fuerit inſtituta, honor reſervari non ſolet, nec Jus Provinciale idipſum diſerte exigit.

Beſold ad Jus Pr. W. Diſp. 1. th. 167.

Tit. 78. Von *Reviſion* der Urtheln.

162. In Proceſſu Reviſionis ſequentia veniunt obſervanda: 1.) ut lis principalis 200 fl. concernat. 2.) Ut gravatus intra tres menſes à die latæ ſententiæ gravamina ſua libello ſupplici inſerat & ſuperiori Juſtitiæ Conſilio offerat. 3.) ut citatus intra 14 dies juramentum malitiæ præſtet. 4.) ut pecuniam ad minimum 50. floren. vel plus, prout Conſiliariis, perpenſis circumſtantiarum qualitatibus viſum fuerit, deponat.

§. Nachdem ꝛc.

§. Darauff ꝛc.

Plebſt ad Jus Prov. Wurt. Diſp. 1. th. 194. vid. Dn. D. Schœpff Proc. Dicaſt. Cap. 23.

§. Wann nun ꝛc.

163. Quemadmodum autem gravatus intra 3. menſes libellum gravatorialem exhibere debet, ita pars adverſa intra alios 3. menſes, à die inſinuationis, ad eundem reſpondere tenetur, ita tamen ut ſcriptis ſive deductionibus iſtis utrinque nihil novi addendum ſit, ſed iſtæ intra limites priorum actorum ſe continere debeant.

vid. Plebſt d. Diſp. 1. th. 195. add. D. Majer Diſp. de Reciſione.

Tit. 79. Von *Arreſten.*

§. Wann ſich ꝛc.

164. Arreſtatio cum ſpeciem executionis præ ſe ferat, regulariter prohibita eſt, nec perſonis vel bonis imponenda, niſi debitor de fuga vel dilapidatione ſit ſuſpectus, vel difficilis conventionis, modo debitum ſummarie probetur.

vid. Carpz. I. For. P. 1. C. 29. def. 6. & ſeqq. Me... Part. 8. Dec. 183.

hinc eſt, quod facilius hodie contra peregrinos concedi ſoleat, adeo, ut in caſu, ſi periculum ſit in mora, citatio rei, quæ alias fieri ſolet, omitti, & arreſtum parte inſcia decerni queat.

vid. Dn. D. Schœpff Diſſ. de Proc. Unilat. ex qual. cauſæ §. 9.

165. Creditor autem non ſtatim ab initio arreſti impetrati, ſed demum poſt lapſum unius menſis pignus prætorium conſequitur in re arreſtata, inque perſecutione hujus pignoris procedere debet ſecundum diſpoſitionem Juris Provincialis. §.

Plebſt ad I. P. W. Diſp. 1. *th.* 202.

166. Præſtita cautione, ſcil. reali, juratoria enim regulariter non locum habet, & relaxatione arreſti impetrata, cauſa cognoſci & per ſententiam terminari debet in loco, ubi arreſtum impetratum. §. Wo aber ꝛc.

d. Diſp. *th.* 201.

167. Ut ſequeſtrum à judice decerni queat, quod tanquam ſpecies executionis regulariter eſt prohibitum, cum nemo poſſeſſionis commodo ſit privandus. *Tit. 80.* Von *Sequeſtern.* §. Da aber ꝛc.

L. un. C. de prohibit. ſequeſtrat.

requiritur 1.) ut ſummarie de jure petentis conſtet. 2.) pars adverſa eſt citanda. 3.) peti debet non æmulationis aut calumniæ cauſa, ſed juris ſui conſervandi cauſa. 4.) de juſta cauſa ſcil metus, armorum, dilapidationis, fugæ &c. conſtare.

Plebſt ad Jus Prov. Wurtemb. Diſſ. 1. *th.* 206. an & quando a. judex ſequeſtrum ad inſtantiam unius partis vel ex officio decernere poſſit, altera parte non citata neque audita,

Vid. Dn. D. *Schœpff Diſſ. de Proc. Unilaterali ex qual. cauſæ, §. 8.*

ANNO-

ANNOTATIONES
Ad
Partem Secundam
JURIS PROVINCIALIS WURTEMBERGICI.
De Contractibus.

I.

Tit. 1. De *Mutuo*, vom Leihen.
§. Derjenige ꝛc.

JUre Civili expreſſe per ſtipulationem uſuræ addi debent mutuo, alioqui peti non poſſunt, cum mutuum ſit contractus ſtricti juris, ubi ex mora nullæ debentur uſuræ.

L. 3. C. d. Uſur. L. 1. C. de Condict. indeb.

Hodie vero per Receſſum Imperii de A. 1654. §. Anraichend ꝛc. 174. uſuræ in mutuo non ſolum ex pacto, ſed & vi Receſs. Dep. Spir. de A. 1600. §. So viel nun ꝛc. 152. pariter ac in contractibus bonæ fidei ex mora debentur, quam conſtitutionem tamen ratione uſurarum ex tempore moræ conceſſarum ſtricte interpretandam, & ad alios ſtricti juris contractus, v. g. condictionem indebiti, non extendendam, ſed ad mutuum ſpecialiter reſtringendam eſſe docet.

Dn. D. Graß in Collat. Jur. Civ. cum Receſſib. *Imp. Sect. VI. th. 1. pag. 23. in fin. & ſq.*

nec in totum hanc ipſam condictionem certi ex mutuo b. f. actionem redditam; ſed quoad uſuras tantum de natura actionum b. f. participare, multo minus per hos Imperii Receſſus

totam

totam illam diviſionem actionum in bonæ fidei & ſtricti juris ſublatam, eamque nec Jure Canonico nec moribus in totum abolitam eſſe, pluribus explicat

Id. d. Sect. VI. pag. 32.

hinc etiam creditor Jure Wurtemb. ex tempore moræ uſuras quincunces absque ulla probatione & liquidatione ejus, quod intereſt, petere poteſt; quod ipſum æquum & utile eſt, non ſolum creditori, ne teneatur probare, quantum ratione moræ vel dilationis interſit, ſed etiam debitori, qui modicis hiſce uſuris majoris compendii occaſionem redimit.

Vid. d. Sect. VI. th. 2. pag. 43.

quodſi vero quincuncibus uſuris quis non velit eſſe contentus, ſed majus intereſſe probare, ipſi hoc non denegatur; idque indefinitum illud intereſſe eſt, cujus quantitas non eſt determinata, & communiter nomine damni emergentis & lucri ceſſantis venit.

d. Sect. VI. th. 2. pag. 44.

ſi vero creditor in probatione intereſſe deficiat, an ei regreſſus concedatur ad uſuras? negat

Carpz. Ipr. For. P. 2. C. 30. def. 11.

affirmativam e converſo tuetur

Dn. Stryck de Cautel. Contr. Sect. 2. Cap. 1. §. 23.

priorem tamen Carpzovii ſententiam tanquam veriorem & in praxi receptam pluribus firmat,

Dn. D. *Graß, d. Sect. VI. th. 2. pag. 45. & ſq.*

quodſi vero uſuræ ex mora debitæ à parte agentis

agentis non ſint petitæ, & in ſententia à judice omiſſæ, tum ſi in rem judicatam tranſierit ſententia, nullum amplius remedium ſupereſt eas conſequendi, cum ſpecialis actio non competat, officium judicis vero per ſententiam ſit finitum.

Dn. *Stryck. de Act. forenſ. inveſtig. Sect. 1. membr. 5 & 9. Frommann. in* Different. *ann. red. & mutui fœnor. th. 14. Dn. D. Graß. d. Sect. VI. th. 1. pag. 31. & 38. add. infr. not. ad h.* Lib. *2. §.*

quod intelligendum de uſuris ex mora debitis, nam eæ, quæ ſingulari conventione promisſæ, jure actionis ſeparatim peti poſſunt.

Dn. D. *Graß. d. Sect. VI. th. 1. pag. 31.*

aliud quoque dicendum de petitione intereſſe, quod ſeparata actione in factum petere non prohibetur actor, ſi in actione mutui petitionem illam omiſerit.

d. ſect. VI. th. 2. pag. 56.

§. Wann der Entlehner ꝛc.

2. Jure civili mutata pecuniæ bonitate extrinſeca vel intrinſeca regulariter reſpiciendum eſt ad tempus contractus, & in ea bonitate, quæ fuit tempore contractus, pecunia eſt reſtituenda.

arg. L. *3. ff. de Reb. cred.* L. *69. ff. de contrah. emt.* Lauterb. *Tract.* Synopt. *de Mut. §. 1. num. 18.*

quomodo autem computatio hoc in caſu ineunda ſit, & an augmentum illud creditoris, an vero debitoris lucro cedat?

Vid. D. *Harppr. Reſp. 23. num. 4. & ſeq.*

Jure vero provinciali Wurtemb. bonitate monetæ extrinſeca mutata non tempus contractus,

tractus, ſed tempus ſolutionis attenditur, ita ut reſtitutio fieri debeat in eo valore, quo eſt tempore ſolutionis, id quod tamen Reſcripto Ducali d. d. 6. Febr. 1624. ulterius dilucidatur.

Vid. Beſold ad Jus Prov. *Wurtemb.* Diſp. 2. *th.* 13. *& ſeq. & in Conſ.* 81. *per tot.* D. *Harppr. Conſ.* 40. *num.* 42. *it. Conſ.* 60.

3. Jure Civili contractus uſurarii quoad ſummam excedentem nulli declarantur, & ejusmodi contrahentes infamiæ macula notantur.

L. 26. §. 1. *C. de Uſur.* L. 20. *C. ex quib. cauſ. inf.*

per Receſſus Imperii quid hic ſtatutum ſit?

Vid. Dn. D. Graß in Collat. Jur. *Civil. cum Receſſ. Imp. Sect. VIII. th.* 1. *pag.* 10. *& ſeq.*

Jure vero provinciali Wurtemb. diſtinguitur, an quis dolo malo uſurarium contractum celebraverit, an vero dolus abſuerit? poſteriori caſu, præterquam quod tales uſurariæ conventiones ipſo jure nullæ, creditores etiam quartam ſortis partem; priori vero totam ſortem amittunt, fiſco vindicandam, ſimulque pro ratione circumſtantiarum extra ordinem puniuntur contrahentes.

Vid. Ordinat. P*rovinc. tit.* 56. *add. Reſcriptum* Ducale *d. d.* 22. *Febr.* 1620. *d. d.* 12. *Mart.* 1660. *d. d.* 5. *Dec.* 1692. *Lauterb. Diſſer. J. Civ. &* Pr. *Wurtemb.* P. 2. §. 2.

4. Commodatarius modum & finem præſcriptum diligenter obſervet, nam ſi re commodata aliter vel ultra tempus præfinitum uitur, *Tit.* 2. *De Commodato.* §. Welcher ꝛc.

utitur, non commodati ſolum, ſed quandoque etiam furti tenetur.

L. 5. §. 8. ff. Commodat. L. 54. §. 1. ff. de furt.

hinc caute agunt commodantes, quando ſtatim adjiciunt, in quem uſum rem commodato dederint.

Dn. Stryck de Cautel. Contr. Sect. 2. C. 2. §. 3.

§. Und ſo der Entlehner ꝛc.

5. Periculum rei commodatæ per nuncium transmiſſæ ad commodantem pertinet, quia res perit ſuo domino, idque ſive ipſe nuncium ad rem repetendam & recipiendam miſerit,

L. 10. § 1. *L. 12. §. 1. ff. Commodat.*

ſive commodatarius eum conſtituerit, & rem per illum miſerit, modo hoc caſu elegerit idoneum, ita ut ipſi nulla culpa imputari poſſit.

L. 20. *ff. Commodat.*

ex quibus Legibus explicandus eſt §. Und ſo der Entlehner ꝛc. h. t.

Lauterb. Diſp. de Nuncio, th. 55. n. 25. ſq.

Tit. 3. De Depoſito.

6. Depoſitarius præſtat tantum dolum & latam culpam.

§. 3. J. quib. mod. re contrah. oblig.

§. Welcher ꝛc.

ſed culpam latam in concreto, ita ut ſi quis in ſuis rebus diligentiſſimus ſit, eandem quoque exactam diligentiam in cuſtodiendis rebus depoſitis adhibere teneatur.

Vid. Brunnem. ad L. *32. ff. h. t. num. 8.*

§. Da aber ꝛc.

7. Si deponenti plures hæredes ſucceſſerint, ſingulis competit actio pro portione hæreditaria, ita tamen, ut ſi res depoſita ſit individua,

dua, illa tota uni petenti & ſatisdationem præſtanti reſtitui poſſit.

L. 1. §. 36. *ff. depoſ.*

idem dicendum, ſi plures ſpecies depoſitæ.

arg. L. 29. *ff. de ſolut.*

in depoſito enim obligatio correalis activa in dubio non cenſetur contrahi, niſi expreſſe aliud convenerit.

L. 1. §. 44. *ff. depos.*

in ſequeſtro autem id ſemper actum intelligitur, hinc ea expreſſione hic non eſt opus.

L. 17. *pr. eod. vid.* Frommann *Diſp. de Correali Obligat. th. 5. pag.* 11.

8. Si apud duos pluresve res depoſita fuerit, adverſus unumquemque eorum agi poteſt, nec liberatur alter, ſi cum altero agatur, cum non electione, ſed ſolutione liberetur. §. Alſo auch ꝛc.

L. 1. §. 43. *ff. depoſiti.*

paſſiva enim correalis obligatio in depoſito ſemper contracta cenſetur, idque ſine diſtinctione vel ipſius obligationis, in primitivam & ſecundariam, vel ejus objecti, an dividua vel individua res depoſita ſit.

Dn. Frommann d. Diſp. th. 5. p. 12.

9. Res in publicam cauponam illatæ & receptæ, ſi furto fuerint ſurreptæ, illarum æſtimatio à caupone præſtanda eſt, tametſi actor nullam cauponis culpam probaverit. §. Doch ſollen ꝛc.

L. 3. §. 2. junct. L. 5. §. 1. *ff. Naut. Caup. & Stab. vid.* D. *Harppr. Reſp. 25. num.* 21. *& ſeq.*

caupones enim generaliter res ſalvas fore recepiſſe, & illarum cuſtodiam promiſiſſe cenſentur.

L. 1. *pr. &* §. *fin. d. t.*

hinc

hinc ſi inevitabili caſu & vi majore res receptas periiſſe affirmant, hoc ipſum, ſi non eſt notorium, legitime & ſufficienter probare debent.

Vid. Lauterb. *Diſp. de Naut. Caup. & Stab.* §. 37.

modo caupones qua tales, ſeu tanquam caupones aliquid receperint, ſi enim extra cauponæ exercitium aliquid receperint, non tenentur, niſi quatenus culpa eorum ex contractu locati, depoſiti, ab actore probari poteſt.

D. *Harppr. d. Reſp. 25. num. 60. & ſeq.*

§ Wann einer 2c.

10. Competit actio de Jure Wurtemb. ex depoſito miſerabili in duplum, ſi depoſitarius illud inficietur, aut dolo reſtituere detrectet; ex quo pateſcit, actiones in duplum, quadruplum &c. non ubique locorum in deſuetudinem abiiſſe.

Vid. Lauterb. *Tract. Synopt. de* Depoſ. §. 2. *n.* 4.

Tit. 4. Von Befehl und Gewalthabern.

§. Wovor 2c.

11. Fit revocatio mandati interdum etiam tacite, ſi nimirum ſtatus mandatarii ita ſit mutatus, ut veriſimile ſit, mandantem nolle jam amplius negotium ſuum per ipſum geri, mandato enim æque ac aliis contractibus clauſula hæc ineſt: rebus ſic ſtantibus. Hinc ſi mandatarius fiat decoctor, mandatum intelligitur revocatum; ſi proſcribatur, ipſo jure nullum eſt, cum proſcriptus procurator eſſe nequeat.

Vid. Dn. *Cocceji* Diſp. *de Clauſula, rebus ſic ſtantibus, Cap. 6.* §. 17.

quid habendum ſit de illa mandati ſpecie, ubi quis

quis hæredibus ſuis mandavit, ut poſt 4. ſeptimanas à morte mandantis ſolverent,

vid. Id. in Diſſert. de Mandato ad hæredes transeunte, Sect. 3.

12. Quemadmodum ſubditi Wurtb. ſecundum Rec. Imp. cum Judæis contrahere plane prohibentur, ſub pœna confiſcationis, aliisque in Ordinatione provinciali præſtitutis pœnis, niſi hi peculiari diſpenſatione ſeſe legitimare poſſint, vel contractus cum ipſis celebrentur tempore nundinarum, quo tamen utroque caſu Judæi omnem uſurariam pravitatem evitare, diebus v. Dominicis à contrahendo plane abſtinere jubentur.

vid. Ord. Prov. Tit. 27. Reſcr. Duc. d. d. 2. Nov. 1706. itemqne d. d. 25. Maji 1729.

Ita etiam omnibus in hoc Ducatu degentibus ſub gravi pœna interdictum eſt pro ſubditis hujus Ducatus fidejubendo ſe obligare Judæis. Tit. 5. Von Bürgen ꝛc.

per Ord. Prov. Tit. 27. §. 16. §. Es ſoll auch ꝛc.

13. Si mas cum fœmina interceſſerit, mulier per Sctum Vellej. ab hac obligatione eximitur, & mas in ſolidum tenetur; quod ſecus ſe habet in minore, cum quo major, ignorans ipſius ætatem, fidejuſſit; nam ſi minor in integrum reſtituitur, confidejuſſor non niſi pro rata tenetur, niſi hic prior ſolus fidejuſſit, minor autem poſtea acceſſerit. §. Es hätten ꝛc.

vid. Lauterb. Diſſ. de Beneficio Diviſ. th. 16.

14. Ceſſat hodie beneficium excuſſionis inter mercatores, ut eo liberior ſit commerciorum curſus. §. Wann für ꝛc.

Lauterb. Diſp. de Benef. Excuſſ. th. 53.

15. Fidejuſſor ſolvere paratus à creditore ceſſionem actionum huic competentium petere §. Und ſo ꝛc

G poteſt,

hinc ſi inevitabili caſu & vi majore res receptas periiſſe affirmant, hoc ipſum, ſi non eſt notorium, legitime & ſufficienter probare debent.

Vid. Lauterb. *Diſp. de Naut. Caup. & Stab.* §. 37.

modo caupones qua tales, ſeu tanquam caupones aliquid receperint, ſi enim extra cauponæ exercitium aliquid receperint, non tenentur, niſi quatenus culpa eorum ex contractu locati, depoſiti, ab actore probari poteſt.

D. *Harppr. d. Reſp. 25. num. 60. & ſeq.*

§ Wann einer ꝛc.

10. Competit actio de Jure Wurtemb. ex depoſito miſerabili in duplum, ſi depoſitarius illud inficietur, aut dolo reſtituere detrectet; ex quo pateſcit, actiones in duplum, quadruplum &c. non ubique locorum in deſuetudinem abiiſſe.

Vid. Lauterb. *Tract.* *Synopt. de* Depoſ. §. 2. *n.* 4.

Tit. 4. Von Befehl und Gewalthabern.

§. Wovor ꝛc.

11. Fit revocatio mandati interdum etiam tacite, ſi nimirum ſtatus mandatarii ita ſit mutatus, ut veriſimile ſit, mandantem nolle jam amplius negotium ſuum per ipſum geri, mandato enim æque ac aliis contractibus clauſula hæc ineſt; rebus ſic ſtantibus. Hinc ſi mandatarius fiat decoctor, mandatum intelligitur revocatum; ſi proſcribatur, ipſo jure nullum eſt, cum proſcriptus procurator eſſe nequeat.

Vid. Dn. Cocceji Diſp. *de Clauſula, rebus ſic ſtantibus*, *Cap. 6.* §. 17.

quid habendum ſit de illa mandati ſpecie, ubi quis

quis hæredibus ſuis mandavit, ut poſt 4. ſeptimanas à morte mandantis ſolverent,

vid. Id. in Diſſert. de Mandato ad heredes transeunte, Sect. 3.

12. Quemadmodum ſubditi Wurtb. ſecundum Rec. Imp. cum Judæis contrahere plane prohibentur, ſub pœna confiſcationis, aliisque in Ordinatione provinciali præſtitutis pœnis, niſi hi peculiari diſpenſatione ſeſe legitimare poſſint, vel contractus cum ipſis celebrentur tempore nundinarum, quo tamen utroque caſu Judæi omnem uſurariam pravitatem evitare, diebus v. Dominicis à contrahendo plane abſtinere jubentur.

vid. Ord. Prov. Tit. 27. Reſcr. Duc. d. d. 2. Nov. 1706. itemqne d. d. 25. Maji 1729.

Ita etiam omnibus in hoc Ducatu degentibus ſub gravi pœna interdictum eſt pro ſubditis hujus Ducatus fidejubendo ſe obligare Judæis. *Tit. 5.* Von Bürgen &c.

per Ord. Prov. Tit. 27. §. 26. §. Es ſoll auch &c.

13. Si mas cum fœmina interceſſerit, mulier per Sctum Vellej. ab hac obligatione eximitur, & mas in ſolidum tenetur; quod ſecus ſe habet in minore, cum quo major, ignorans ipſius ætatem, fidejuſſit; nam ſi minor in integrum reſtituitur, confidejuſſor non niſi pro rata tenetur, niſi hic prior ſolus fidejuſſit, minor autem poſtea acceſſerit. §. Es hätten &c.

vid. Lauterb. Diſp. de Beneficio Diviſ. th. 16.

14. Ceſſat hodie beneficium excuſſionis inter mercatores, ut eo liberior ſit commerciorum curſus. §. Wann für &c.

Lauterb. Diſp. *de Benef. Excuſſ. th.* 53.

15. Fidejuſſor ſolvere paratus à creditore ceſſionem actionum huic competentium petere §. Und ſo &c

 poteſt,

poteſt, quæ tamen ceſſio fieri debet ante ſolutionem, vel in ipſa ſolutione, non demum poſt ſolutionem, quia tum creditori nullæ amplius competunt actiones, quas cedere poſſit, niſi ſolutio facta fuerit cum proteſtatione, qua omiſſa ſolvens fidejuſſor, nec facta ceſſione, contra confidejuſſores nullam habet actionem.

Dn. Stryk de Cautel. Contr. Sect. 2. Cap. 6. §. 28.

§. Und ſollen ꝛc.

16. Quamvis fidejuſſor in plus non poſſit, arctius tamen vel efficacius obligari poteſt, v. g. ſi obligatio principalis ſit ſimplex, fidejuſſoria cum juramento concipi, & ſic intenſior fieri poteſt, non extenſior.

Vid Carpz. Ipr. For. P. 2. C. 19. def. 9.

Tit. 6. Von Geſellſchafft.

17. Societas contrahitur vel quoad ipſam proprietatem, ut dominium rerum pro partibus indiviſis fiat commune, vel quoad fructus tantum, ita ut proprietas maneat unius, ſed fructus, uſus & lucra communicentur.

§. Und wo ꝛc.

Brunnem. ad L. 1. ff. pro Soc. num. 14.

§. Wo aber ꝛc.

inde hoc in caſu finita ſocietate ſors ipſa, ſeu pecunia ipſa capitalis, ut loquuntur, inter ſocios non dividitur, ſed ad conferentem integra redire debet, communicato tantum inter ſocios lucro, & ſi pereat, perit domino conferenti.

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 2. th. 33.

18. Non ſolum expreſſe, ſed interdum etiam tacite contracta cenſetur ſocietas bonorum, v. g. inter conjuges in hoc Ducatu, ubi matrimonium hac qualitate à Lege auctum eſt, ut voluntatem & conſenſum ſocietatis contrahendæ involvat, ſi ſcil. ſpeciali pacto contraria voluntas non fuerit expreſſa.

Lau-

Lauterb. Diſſ. de Societ. bonorum conjug. Cap. 2. §. 1. & ult.

quamvis fundamentum communionis hujus conjugalis non tam in tacito conſenſu, quam potius unice in Legum diſpoſitione quærendum, nec bonorum communionem inter conjuges cum ſocietate negotiatoria ſeu quæſtuaria ſec. L. L. Romanas comparandam, ſed ex Jure Veteri Germanico deducendam eſſe velit,

Dn. Böhmer in Diſſert. de Æris alieni inter Conjuges Hamburg. Communione. §. 6. & ſeqq. add. Dn. Ludewig Diſſer. Juris Rom. & Germ. in Succeſſ. Conjug. Differ. 2. pag. 4. 5. & ſeqq.

19. Si ſocietas ad certum tempus ſit contracta, & intra illud tempus unus ſociorum moriatur, ſolvitur ſocietas, nec inter reliquos durat, quia ſæpius unius contemplatione contrahitur. §. So ſeyen ꝛc.

§. 5. J. de Societ. L. 65. §. 9. ff. pro Soc.

niſi ab initio hoc conventum fuerit, ut poſt mortem unius inter reliquos manere debeat ſocietas, quod etiam hodie inter mercatores obtinet, inter quos, licet unus moriatur, tamen ſocietas durat.

Lauterb. de Jure in curia mercat. uſit. th. 76.

20. Quoties in hoc Ducatu hypotheca judicialis conſtituenda, diligens non ſolum cauſæ cognitio, ſed & judicialis inſinuatio, & in publicos libros ſpecialiter de talibus hypothecis conſcribendos, die Unterpfands-Bücher, qui quomodo conficiendi ſint, Tit. 7. Von Unterpfandē. § Wann ein liegend Guth ꝛc.

vid. Reſcr. Duc. d. d. 24. Maji. 1663. & d. d. 27. Mart. 1702. add. Reſcr. Gen. d. d. 27. Febr. 1717.

relatio deſideratur, ſub correali ſimul obligatione omnium & ſingulorum judicii aſſeſſorum, qui tempore conſtitutæ talis publicæ hypothecæ in judicio præſentes fuere.

conf. Novell. Wurtemb. 13. §. 1. add. Reſcr. Gener. d. d. 24. Maji 1663. §. 60.

ex quo ſimul patet, quod, ut talis oppignoratio coram judicio facta dici poſſit, non niſi in ipſo ſolenni judicii loco, & proinde nec in judicis, nec in alterius cujusquam privati ædibus, nec in alio loco peragi valeat.

D. Schvveder. Diſſ. de Autoritate publica ad hypothecæ publicæ conſtitutionem neceſſaria, §. 16. it. §. 21. & 22.

d. §. Wann ein ligend rc.

21. Quamvis autem ex plurium locorum ſtatutis hypotheca in bonis immobilibus non aliter conſtitui poſſit, quam apud acta judicii, & conſimile jus etiam olim in hoc Ducatu obtinuerit, aliud tamen jure novo Wurtemb. conſtitutum, jurisque communis diſpoſitio denuo approbata eſt, ita ut hodie ſcriptura à partibus ſubſcripta, ac trino teſte munita habeat vim publicæ ſcripturæ, & creditor ea utens præferatur non ſolum creditori anteriori privatam hypothecam habenti, ſed & poſteriori, qui producit hypothecam coram judicio factam.

Beſold ad Jus P. W. Diſp. 2. th. 23. Lauterbach. Tract. Synopt. de Pignor. §. 6. n. 36. add. D. Harppr. Diſſer Marcb. Bad. th. 46. pag. 37. Ejusd. Diſp. de Pign. publ. §. 8. & Reſp. 92. num. 89.

unde non poteſt non in hoc Ducatu pro publica quoque haberi hypotheca, quæ coram Notario publico decenter ad hoc requiſito con-

conſtituta eſt, ſi ipſe deſuper inſtrumentum legitime confecerit.

D. Schvveder d. Diſſert. de Autor. publ. ad hyp. publ. nec. §. 23. & 24.

22. Licet autem Jure novo Wurtemb. §. Da immobilium oppignoratio ad ſui validitatem auch ꝛc. judicis autoritatem præciſe non requirat, limitatur tamen hoc, ſi pactum ἀντιχρήσεως ſit additum, tum enim negotium non ſubſiſtit, niſi judicialis inſinuatio & diligens cauſæ cognitio acceſſerit, ut ſcil. evitentur fraudes, & debitum, pro quo jus ἀντιχρήσεως conceditur, æquo rei pretio reſpondeat.

Lauterb. Diſp. de Jure Ἀντιχρήσεως, *th.* 13.
D. Harppr. Diſp. de Pign. publ. §. 29.

Jure enim provinciali tunc demum jus antichreſticum legitimum pronunciatur, ſi fundus pro ea pecuniæ ſumma in ἀντίχρησιν fuerit datus, qua ipſe veriſimiliter eo tempore vendi poſſet.

Ordinat. Prov. tit. 56. §. 3. dann ſonſten ꝛc.
Lauterb. d. Diſp. de Jur. Antichr. th. 49.

tenetur autem creditor impendia fructuum de ſuo facere, alias ſi hoc inter partes convenerit, ut debitor fundum ſuis impenſis colat, creditor vero illius fructus in vicem uſurarum percipiat, negotium tanquam uſurarium improbatur.

Ord. Prov. d. tit. 56. §. 7. Item ꝛc. *Lauterb. d. Diſp. th.* 52.

23. Res aliena invito domino pignori obligari nequit. §. So der Mann ꝛc.

L. 6. *C. ſi res al. pign.*

niſi dominus rei ſuæ ab alio oppignoratæ, pignorationem illam ratam habeat.

Brunnem. ad d. L. 6. num. 5.

modo is liberam habeat rerum ſuarum adminiſtrationem, & perſona habilis ſit ad res ſuas oppignorandas, hinc mulier pro marito, etiamſi multoties ſe vel ſua bona obliget, ipſo jure non tenetur.

Avth. ſi qua mulier C. ad SCt. Vellej.

niſi jurato renunciet SCto Vellejano, vel pecunia in propriam ſubſtantiam uxoris converſa probetur, vel maritus uxore ſciente & diſſimulante alteri ignoranti res uxoris obliget.

L. 5. *C. ad SCt. Vellej. vid. Dn. Stryck de Cautel. Contract. Sect. 2. Cap. 6. §. 7. & ſeq. conf. infr. not. ad tit. 29. §. 136.*

24. An facultati debitum offerendi & pignus reluendi præſcribi poſſit intra 30. annos? Affirm. ex generalitate

L. 1. §. 1. *C. de Annali except.* L. 3. 4. *C. de præſcript. 30. ann.*

à qua regula actio pignoratitia, quæ, ut aliæ actiones, ex contractu deſcendit, nullibi reperitur excepta.

Dn. Coccej. Diſſ. de Jure Offerendi, th. 16. & ſq. it. Diſſ. de Rebus meræ facultatis, §. 9. & ſq.

ſed prævalet hodie communior & in praxi recepta ſententia, quod jus pignus reluendi competat perpetuo, perpetuitate ſumta non in ſenſu civili, ſed naturali, ita ut nullo unquam tempore ei præſcribatur, & debitor etiam poſt 30. vel 40. annos debitum offerre, & pignus iſta actione repetere poſſit.

arg. L. 7. §. 4. *C. de præſcript. 30. ann. junct.* L. 9

L. 9. §. 3. ff. de pignor. act. Dn. Stryck de Act. for. investig. Sect. 3. membr. 1. ax. 2. Id. in Uſ. Mod. tit. de pign. act. §. 12. vid. Dn. D. Graß Collat. J. Civ. cum Rec. Imp. Sect. 6. th. 40.

quod intelligendum maxime de eo caſu, quando ipſe creditor pignoratitius pignus tenet, & convinci poteſt, rem olim jure pignoris ad ſe perveniſſe, tunc enim poſſeſſionis ſuæ titulum ipſe ſibi mutare nequit, ſed poſt 40. & plurium quoque annorum decurſum tanquam creditor poſſidet, adeoque nulla præſcriptione dominium acquirit.

L. 26. de præſcr. 30. ann. Auguſtin. Leyſer. Diſſ. de rebus meræ facult. axiom. 16. & ſq.

25. Tale pactum, ut, ſi debitor non juſto tempore ſolvat, creditori liceat propria autoritate ingredi poſſeſſionem, non hoc operatur, ut creditor ſibimet ipſi jus dicere valeat, & debitorem reſiſtentem expellere, hoc enim contra leges eſt, vimque quis facere videtur, ut etiam jus crediti amittat; ſed tamen vigore dictæ clauſulæ talia inſtrumenta paratam habent executionem, & guarentigiæ vigorem, nec requirunt executionem ordinariam, vel proceſſum ſubhaſtationis. §. Gleicher-weiſe ꝛc.

Joh. Harppr. ad §. 4. J. quib. mod. re contrah. oblig. num. 226.

& hæc ſententia comprobata eſt in Receſſu Deput. Imperii de An. 1600. §. Ob auch auf Obligationes &c. ubi dicitur: quod, ſi in inſtrumento talis clauſula reperiatur, mandata ſine clauſula decerni debeant.

Brunnem. ad. L. 3. C. de pignor. num. 7. & ſq.

§. Wo aber ꝛc. 26. Gaudet hypothecæ poſſeſſor beneficio excuſſionis, idque locum habet non ſolum in generali hypotheca, ſed etiam in rebus ſpecialiter obligatis, ut creditor contra tertium rerum hypothecatarum poſſeſſorem agere non poſſit hypothecaria actione, priusquam omnes debitoris & fidejuſſorum, ſi qui ſunt, facultates fuerint excuſſæ.

Nov. 4. c. 2. Auth. Hoc ſi debitor. C. de pign. Auth. ſed hodie C. de Obl. & act. Lauterb. *de Benefic. Excuſſ. th. 26.*

at facta excuſſione, creditor liberam habet electionem quemcunque ex poſſeſſoribus conveniendi; recta etiam agere poteſt adverſus eum, cui debitor ceſſit rem ea lege, ut ſatisfaceret creditori; aut ſi velit creditor, proteſtetur erga emtorem de non ſolvendo pretio rei emtæ ſibique hypothecatæ, ut ſuum exinde conſequatur.

Beſold ad Jus Prov. *Wurtemb. Diſſ. 2. th. 30. & 31.*

ceſſat vero beneficium excuſſionis, ſi quis ſciens prudens rem oppignoratam emit, ſi quidem in mala fide conſtitutus eſt, quantum ad actionem hypothecariam, qui emit rem, quam alteri obligatam eſſe novit.

Carpz. P. 2. C. 18. def. 19. Lauterb. *in Colleg. §. 75. de Pignor.*

ſed in concurſu, ſi tales creditores, quibus fidejuſſores dati, vel pignora obligata ſunt, bona à debitoribus ceſſa, vel ad maſſam ſpectantia cæteris relinquere, ipſique adverſus fidejuſſores vel tertium pignoris poſſeſſorem venire volunt, hoc ipſis integrum erit, cumprimis

mis in caſibus, ubi notorie beneficium ordinis ceſſat, vel certum eſt, daß dieſe Schuld durchfalle, debitique ſolutionem fruſtra ex concurſu expectari, modo creditores ſeipſos à concurſu excludentes nomen in concurſu profiteantur, & à tertio pignoris poſſeſſore vel fidejuſſore ſe exigere velle declarent, hosque de ſua intentione, quo ſibi in concurſu conſulant, certiores faciant.

Mevius, P. 5. Dec. 197. & P. 9. D. 174. D. Schœpff Diſſ. de Jure Præcluſ. Creditorum à Judicio Concurſus, §. 22. & ſq. Id. in Dec. 348. num. 8. & ſqq.

27. Tacita hypotheca dicitur etiam legalis, quia eſſe ſuum accipit à Lege, ſine qua nulla datur tacita ſive legalis hypotheca. *Tit. 8. De tacitis hypothecis.*

Lanterb. Tr. Syn. de Legali Hyp. §. 2. n. 3.

adeoque talis hypotheca inſtar privilegii eſt, quod nullam extenſionem nec ob identitatem, nec ob majoritatem rationis, nec ob correlationem admittit.

Vid. Lauterb. Diſſ. de Tacito pignore, th. 17.

28. Ei, qui ob refectionem ædium pecuniam credidit, tacita competit hypotheca; requiritur autem 1) ut quis crediderit pecuniam vel aliam quoque rem, v. g. Holtz, Stein, Kalch ꝛc. ipſi domino, vel architectis & operariis. 2. ut in ſpecie & nominatim crediderit ob refectionem, vel reſtitutionem ſive reædificationem ædificii exuſti, vel collapſi aut collapſuri. 3.) ut pecunia actu quoque ob hanc cauſam ſit expenſa, quæ requiſita probare debet creditor, & hanc tacitam hypothecam communiter privilegiariam *§. Es dann*

eſſe docent, ex ratione, quia talis pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam.

L. 5. & 6. ff. qui pot. in pign. Lauterb. Tr. Syn. de Leg. Hyp. §. 10. num. 62.

§. Item wann einer ꝛc. 29. Locatori prædii ruſtici uti de jure civili in fructibus à conductore, vel alio ejus nomine perceptis, non vero conſumtis, nec venditis, niſi tertius poſſeſſor venditos adhuc poſſideat, vel dolo poſſidere deſierit, tacita competit hypotheca.

Lauterb. de Leg. Hyp. §. 14. num. 98.

ita de Jure Wurtemb. invecta quoque & illata in prædium ruſticum eidem tacite ſunt obligata.

Lauterb. de Leg. Hyp. §. 14. num. 98.

30. Legatariis & fideicommiſſariis tacita quidem hypotheca in bonis teſtatoris ipſo jure conſtituta eſt.

§. 2. J. de Legat. L. 1. C. Commun. de Leg.

ſed in concurſu creditorum hocce privilegium ipſis parum prodeſt, quia poſt chirographarios ſimplices demum locantur, ſcil. quia legata non debentur niſi deducto ære alieno.

L. 4. §. 1. & 6. pr. ff. de Separat. Carpz. Ipr. For. P. 1. C. 28. def. 117. n. 3. Brunnem. ad. L. 1. C. Commun. de leg. num. 9.

§. Ebenmäßig. 31. Hypothecam tacitam, quam liberi de jure civili ratione maternorum in bonis paternis habent, Jus Wurtemb. ad omnia reliqua adventitia liberorum bona extendit.

Lauterb. Diſp. de Tacito pign. th. 39. Frommann Diſp. de Adminiſtrat. adventit. legitima, th. 37.

& cum ex jure provinciali etiam mater uſufructu

fructu gaudeat in bonis liberorum paternis & reliquis adventitiis, eodem jure liberis ratione hujus uſusfructus & adminiſtrationis etiam in bonis matris tacita competit hypotheca.

Bardili Diſſ. de Nuda proprietate, th. 34. de pecunia luſtrica quid circa hunc juris articulum habendum ſit?

Vid. D. Harppr. Scrutin. 18. hyp. ſpur. th. 14.

32. In bonis tutorum & curatorum præter tacitam hypothecam etiam expreſſam totius ſubſtantiæ ipſorum oppignorationem Jus Wurtemb. requirit. §. Nicht weniger ꝛc.

Vid. Ordinat. provinc. tit. 34. §. Zum vierten ꝛc. *ibi*: bey Verpfändung eurer Haab und Güther ꝛc. *Bardili Exercit. ad ff. th.* 6. *lit. f.*

quæ expreſſa hypotheca multum utilitatis in eo adjicere poteſt minoribus, ut ſi tutor vel curator poſt ſuſceptam demum tutelæ vel curæ adminiſtrationem ſecundas vel primas nuptias ineat, ipſorum uxores in concurſu creditorum ratione dotis minorennibus, ceu expreſſam hypothecam habentibus, poſtponi debeant.

Jus Provinc. P. 1. *tit.* 75. §. Es ſollen auch ꝛc. *D. Harppr. Contin. Differ. J. Civ. & Wurtemb. th.* 12.

33. Porro minores & pupilli eorumque hæredes tacita hypotheca gaudent etiam in bonis matris & aviæ, itemque novi mariti, ſi mater & avia ſuſcepta tutela & rationibus nondum redditis ad ſecunda vota transiret, pro illis, quæ ex mala vel neglecta adminiſtratione veniunt.

L. 20. C. *de Adminiſtrat. tut.*

quin hypotheca iſta tacita Jure provinc. Wurtemb. extenſa quoque eſt ad illos, quibus ob corporis vel animi vitium curatores dati, uti ſunt furioſi, mente capti, prodigi, muti & ſurdi.

§. Nicht weniger ꝛc. *ibi*: oder andern Perſonen, deren Güter durch die Pfleger verwaltet werden. *h. t. D. Harppr. Diſſer. Jur. Civ. & Wurtemb. th. 7.*

aliud dicendum de curatore bonorum, ventris, abſentis, de curatore ad litem,

Lauterb. *de Leg. Hyp. §. 7. num. 44. & 45. vid. D. Harppr. Trutina 20. pign. tacit. ſpur. §. 10. & 11.*

quemadmodum nec in aliorum debitorum bonis hypotheca vel perſonali exigendi privilegio gaudent minores.

Carpz. Jurpr. For. P. 2. C. 24. def. 13. Lauterb. de Hypoth. Leg. §. 7. num. 42. in fin.

§. Die Haab ꝛc.

34. Jure civili, ſi quis aliena pecunia ſuo nomine rem mobilem vel immobilem comparavit, domino pecuniæ nec hypotheca regulariter acquiritur in re illa comparata.

L. 8. C. *ſi quis alteri vel ſibi*, L. 6. C. *de Rei Vind.*

Jure vero Wurtemb. dominus pecuniæ in re ſua pecunia emta, quam emtori non dedit mutuo, tacitam habet hypothecam.

Lauterb. *Differ. J. Civ. & Prov. Wurtemb.* P. 2. *th.* 10.

excipitur de jure civili unicus caſus, ſi quis pecunia pupilli ſuo nomine rem aliquam comparavit, tum ſingulare privilegium pupillis datum eſt, ut non tantum in re illa emta tacitam habeant hypothecam, ſed etiam præfe-

rentiam

rentiam contra alios hypothecarios ſimplices, licet tempore ſint priores, idque ſive ab extraneo, ſive ab ipſo tutore hoc factum fuerit, plane ſi tutor pecunia pupilli aliquid emit, pupillo etiam utilis rei emtæ vindicatio datur.

L. 2. ff. quando ex fact. tut.

quod ipſum juris communis privilegium, tanquam hoc in caſu pinguius, jure etiam Wurtemb. cum nullibi ſit ademtum, pupillis conceſſum intelligitur.

Lauterb. de Leg. Hyp. §. 7. num. 41.

de cætero bona pupillorum in hoc Ducatu non ſolum ex neceſſitate, ſed etiam ob inſignem utilitatem à tutoribus, prævia tamen cauſæ cognitione & accedente judicis decreto, ſub auctione vendi poſſe, patet

ex Reſcr. Ducali de d. 12. Junii A. 1688.

35. Nullibi in jure civili conſtitutum eſt, ut venditor, qui dominium in emtorem transtulit, in re vendita tacitam retinere debeat hypothecam, donec ipſi ab emtore de integro pretio fuerit ſatisfactum; ſed id ſancitum hic jure provinciali Wurtemb. idque non tantum in rebus immobilibus, ſed & mobilibus, quibuscunque, etiam tum, quando Opifices ex ſua materia pro certo pretio aliquid efficiunt, modo res mobiles non iterum ab emtore bona fide alienatæ vel conſumtæ fuerint, in immobilibus enim quomodocunque alienatis ſalva manet hypotheca. §. Wann auch ꝛc.

Lauterb. Tr. Syn. de Leg. Hyp. §. 10. num. 67. D. Harppr. Diſſer. March. Bad. th. 49. p. 39. Idem in Conſ. 60. n. 74. & ſq. Conſult. 69. n. 203.

36. Fi-

§. Ferner 2c.

36. Fiſcus, Princeps, Monaſteria, Stipendia, Noſocomia, Xenodochia, Civitates, Pagi &c. in mulctis, tributis, penſionibus, aliisque rebus publicam ſalutem & utilitatem concernentibus, in omnibus bonis debitorum tacitum pignus habent, quod tanquam jus reale omnia debitoris bona afficit, ita ut cum hoc onere tranſeant ad quoscunque poſſeſſores, & actio hypothecaria contra eos inſtitui posſit; in ordine autem & concurſu aliorum creditorum ejusmodi nomina, quæ debentur von Obrigkeit und gemeinen Nutzens wegen, abſoluto inſuper prælationis jure gaudere notatum eſt ſupra.

ad Lib. 2. tit. 75. §. 138. conf. Lauterb. Diſſ. de Tacito pign. th. 11. & Tr. Syn. de Leg. Hyp. §. 3. num. 7.

verba autem in §. ult. h. t. poſita: Unſers Hertzogthums 2c. reſtrictionem inferre, & alia extra Ducatum poſita loca, quibus cives Wurtemb. ſunt obligati, excludere ab ejusmodi privilegiis notat

Beſold ad J. P. W. Diſſ. 2. th. 43.

Tit. 9. Vom Kauffen und Verkauffen 2c.

37. Subſtantialia Emtionis Venditionis ſunt: Conſenſus, merx & pretium, ſive potius conſenſus de merce & pretio; conſtituitur autem pretium non ſolum per expreſſam ſpecificationem, ſed etiam per relationem ad aliud, ad tempus ſcil. præſens, præteritum aut futurum, v. g. quo pretio illo die vendetur.

§. Und obwohl 2c.

Lauterb. Tract. Syn. de Emt. Vend. §. 1. n. 15.

quo pertinet etiam illa contractus ſpecies: Wann auf Wein geliehen wird, auf die ſo genannte Rechnung oder jenige Schläge,

ge, ſo die Obrigkeit jedes Orts jährlich auf einen gewiſſen Tag zu publiciren pflegt.

Ord. Prov. pag. 130. ibique Beſold & Lindenſpübr.

quale negotium in ſe licitum & validum, non tam contractus mutui, quam emtio venditio eſt, dum ita partes de re pro certo pretio tradenda ſtatim conſentiunt, ita ſcil. ut pretium iſtud, tametſi non ſtatim tempore initi contractus, attamen ex relatione ad tempus illud futurum certum ſit.

Vid. D. *Harppr. Conſult.* 2. *num.* 174. *& ſeq.*

quamvis etiam dici poſſit, negotium hoc ex mutuo & emtione venditione mixtum eſſe; de quo porro conſtat, quod ex debitis ejusmodi vinariis, **Wein-Schulden, oder wann man auf Wein gelehnt**, uſuræ regulariter non præſtentur, cum creditor uſuras ex ipſo vino, quod carius vendere poteſt, jam percipiat; niſi tamen æquitatis ratio aliud expoſcat, ut ſi v. g. ſine præſcitu creditoris tertius ſuper eodem vino mutuo dederit, quod regulariter prohibitum

in Ord. Prov. Tit. 60. §. 7. p. 130.

& ſic novus creditor antiquiori fuerit prælatus, per conſequens debitor ratione hujus in mora ſolvendi conſtitutus

Vid. Dn. D. Schœpff Dec. 317. num. 6. & ſq. add. Reſcr. Gen. d. d. 26. Sept. 1701. it. d. d. 28. Sept. 1706. nec non d. d. 30. Sept. 1710.

ubi fraudes & circumventiones circa ejusmodi contractus occurrentes notantur, & ſub certa pœna prohibentur.

idem

idem eſt in fructibus, wann auf die Früchten, was dieſelbe auf Martini 8. Tag vor oder nach gelten, oder auf die gemeine Korn-Rechnung ſelbigen Orts geſehen wird.

Ord. prov. pag. 129. D. Harppr. Diſſert. de eo, quod juſtum eſt circa nivem, th. 7. & ſq. ubi ad Reſcriptum Ducale d. d. 5. Dec. 1692. provocat, quo multivariis d. Ord. Prov. contraventionibus occurritur, & alia quædam tempora, quam quæ antea hac in re, nempe ad ferias Martini, erant definita, pro pretiis fructuum determinandis aſſignantur, & hujusmodi contractus, etiam nonnihil mutatis hiſce in terminis, initi approbantur, ſcil. Wann man auf Früchten in dem pretio, was ſie entweder gleich nach der Ernd, oder zwiſchen Jacobi und Bartholomäi, oder zwiſchen Bartholomäi und Michaelis, oder zwiſchen Michaelis und Martini gelten werde, und zwar ohne Uberkauff gegeben werden ſolle.

Dn. D. Graſs Collat. Jur. Civ. cum Receſſib. Imp. Sect. 7. Cap. 4. in fin. & ſq. vid. d. Reſcr. d. d. 5. Dec. 1692. denuo recuſum.

§. Derowegen ꝛc. 38. In emtione venditione annuorum redituum hoc agitur, ut annui reditus aut penſiones, ſeu potius ipſum jus annuas iſtas penſiones percipiendi, velut merx quædam in emtione venditione, quod exinde etiam vocatur ein Gült-Kauff, pro certa pecuniæ ſumma, veluti pro pretio vendatur & quaſi tradatur.

D. *Frommann* Diſſer. *ann. redit. & uſurar. mutui fœner. th. 10. & 13.*

qui

qui contractus emtionis vendit. hactenus in Imperio approbatus eſt, ut pro centum aureis quinque annuatim dentur.

Beſold ad Ord. Prov. th. 6.

quod vero ſupra hanc formam accipitur, uſurarium eſt.

Rec. Imp de A. 1548. tit. 17. Von wucherlichen *Contracten* §. 7. und nachdem ꝛc. *it. Ord. Polit. Francof. de A. 1577.* §. 2. & 3. *vid. Carpz. Ipr. For. P. 3. C. 24. def. 12. & ſq.* D. *Frommann* Differ. *ann. red. & uſur. th. 43. add. D. Harppr. Reſp. 58. ubi inpr. num. 114. & ſeq. docet : quod hi Receſſus Imp. tantum de futuris , ſeu has ipſas Imp. Conſtitutiones ſubſecutis contractibus, non vero de præteritis hac ſanctione antiquioribus redituum emtionibus exaudiendi ſint.*

cæterum hæc pretii determinatio ad omnis generis reditus pertinet, adeoque non tantum ad reales, quales ſunt, qui ſuper re certa, una vel pluribus, ex gr. agro, vinea, domo, prædiove conſtituuntur, ita ut in illis & ex illis penſio præciſe debeatur ; ſed & ad perſonales, easque ſive mere tales , qui conſtituuntur in perſonis cenſuariorum ſeu debitorum obligantium ſe ad certas penſiones, ſine ordine ad certas aliquas res, unde ſolutio facienda, absque ulla rerum vel bonorum aſſignatione hypothecaria ; ſive mixtos , qui principaliter quidem in perſonis collocantur, ſed cum rei unius vel plurium hypotheca, ut creditoribus ſeu cenſitoribus tanto melius cautum ſit, applicanda eſt.

D. Frommann, d. Diſſ. *th. 5. Dn. D. Graß, d. Collat. Jur. Civ. cum Rec. Imp. Sect. 8. th. 1. pag. 9.*

ſed cum ejusmodi reditus odioſi ſint, ideo venditor ſeu debitor annuorum redituum redimendi facultatem habet etiam invito emtore, quippe quæ naturaliter huic negotio indita eſt;

d. Receſſ. Imp. de A. 1548. *&* 1577.

adeo ut nec pactum contrarium eandem impedire aut excludere valeat, neque pactum de reemendo peculiariter adjectum plus facultatis tribuat venditori, quam quod antea jam ex natura contractus habuit, cum ea, quæ tacite in ſunt, expreſſe adjecta nihil operentur.

Arg. L. 3. *ff. de* Legib.

ſiquidem & ſine hoc pacto reluere potuiſſet. Emtori vero regulariter & in genere hæc facultas reſignandi eſt denegata, ſecundum ordinariam naturam pacti de retrovendendo, quippe quod non emtori, ſed venditori facultatem tribuit oblato pretio reemendi.

D. *Bardili Diſp. de Reſignatione ſortis*, *th.* 8.

excipitur tamen 1.) ſi venditor in mora ſit, ac reditus non præſtet, tum enim ratio correlatorum aut correſpectivorum emtori quoque hanc facultatem recedendi tribuit, qua poterat uti venditor 2.) ſi emtor repetitionem ſortis in ſpecie ſibi reſervavit, quod ipſum tamen pactum pariter non niſi in caſum moræ à venditore ſive debitore annuorum redituum commiſſæ concipi debet, cum alias pro uſurario habeatur, totamque emtionis hujus naturam invertat, & in contractum mutui immutet.

Carpz. Ipr. For. P. 3. *C.* 24. *th.* 17. *& ſequ.*
Bardili d. Diſſ. *de Reſign. ſort. th.* 9. *& ſq.*
Dn. D. *Graſſ, d. Collat. Sect.* 9. *tl.* 5. *&* 6.

Jus

Jus vero Wurtemb. peculiariter hic facultatem tribuit tam venditori ſortem reſignandi, quam emtori eandem repetendi.

Ord. Prov. pag. 29. §. diſe *Conſtitution &c.*

imo elapſo tempore trium vel quatuor annorum reluitioni definito neceſſitatem imponit venditori, ut ad inſtantiam emtoris repetentis ſortem reemat, ſeque adeo à præſtatione annuarum penſionum omnino liberet.

Ord. prov. d. §. diſe *Conſtitution &c. & p. 31. in fin. ibi :* damit auch ꝛc. *Beſold & Lindenſpühr ad Ord. prov. pag. 65. num. 13. Bardili d.* Diſp. *th. 57.*

39. Subditis Wurtemb. non licet prædia resve immobiles extraneis vendere, vel alio titulo alienationis in eosdem transferre, ſub pœna 20. floren. §. Wir ſetzen ꝛc.

Ord. prov. tit. 17. §. 4.

idque favore publico in publicam utilitatem conſtitutum eſt, ne cives exuti prædiis impares ſint oneribus ferendis, & numerus eorum, qui perſonalia munera ſubire coguntur, decreſcat, ſed bona potius inter ſubditos conſerventur; item, ne quando forenſes prædia in Ducatu poſſident, Officialibus in exigendis tributis, collectis, aliisque præſtationibus publicis impedimentum creetur.

D. Harppr. Differ. *Jur. Civ. & March-Bad. Part. 6. th. 22.* Dn. *Graß, Diſp. de Uſu diſtinctionis rerum in mobiles & immobiles, th. 16. add. Ord. prov. tit. 17. §. 1.*

& ne occaſio præbeatur ſubditos ad extranea judicia evocandi; quamvis hodie circa translationem prædiorum in forenſes rarius, & non

niſi ea conditione diſpenſari ſolent, ut ratione iſtarum poſſeſſionum coram judiciis in Ducatu litigare, & ulteriori provocationi ad extranea Dicaſteria renunciare, ac oneri inſuper perpetuæ reluitionis ſe ſubjicere teneantur. imo Reſolutione noviſſima d. d. 8. Maji 1732 à Sereniſſimo ſpecialiter cautum eſt, ut ſubditi ab Officialibus admoneantur, ne bona immobilia poſthac in extraneos divendant, ſed ut de emtoribus in Ducatu degentibus diſpiciant. Sub alienatione autem prohibita in extraneos oppignorationem non comprehenſam eſſe, evincit vocula: Eigenthumlich.

Vid. Jus prov. *h. t.* §. wir ſetzen ꝛc *ibi*: oder in andere Weeg eigenthumlich verändern. *add. Ord. prov. tit.* 17. §. 4. *ibi*: zu kauffen geben, oder vertauſchen.

§. Weil auch ꝛc. 40. Quamvis jure civili, ſi Emphyteuta emphyteuſin alienat, & absque ſcientia & conſenſu domini directi actualiter emtori tradit, jure ſuo cadat;

L. *fin.* C. *de Jure Emphyteut.*

Jure tamen Wurtemb. cum talis alienatio pronuncietur ipſo jure nulla, & inſuper certa mulcta, ein kleine Frevel, ſit præſtituta, caducitas videtur remiſſa.

Lauterb. Exercit. ad ff. 16. *Concl.* 13. D. *Grave Diſp. de Commiſſo Emphyt. Aph.* 40. *Dn.* D. *Schæpff, Differ. J. Civ. & Pr. Wurtemb. th.* 3. *add. Reſcr. Noviſſ. d. d.* 7. *Maji* 1732.

quid vero ultra conſenſum domini directi ulterius requiratur, ut alienatio vel oppignoratio prædii emphyteutici ſubſiſtat;

Vid. Ord. prov. tit. 16. §. 2. *D. Harppr. Diſp.* *de*

de Pign publ. §. 20. *in fin.* Dn. D. *Schœpff*, *d. Diſp. th.* 4. *add.* Reſcr. Ducale *d. d.* 24. *Maji* 1663. §. 4. & *ſqq. it.* §. 81.

41. Differunt bona cenſitica ab emphyteuticis, 1.) prædii cenſitici, ex quo cenſus debetur, plenum dominium penes cenſus debitorem; prædii vero emphyteutici, ex quo canon præſtatur, dominium directum penes alium exiſtit. 2.) Cenſus ex re aliena, canon emphyteuticus ex re propria percipitur. 3.) prædium emphyteuticum amittitur de jure civili, ſi canon intra biennium vel triennium non fuerit ſolutus, quod non ita ſe habet in prædio cenſitico. 4.) extinguitur jus emphyteuticum, de jure civili ſi alienatio facta fuerit rei emphyteuticæ conſenſu domini non requiſito, è contra debitor cenſus propter talem alienationem jure ſuo non privatur, tranſit tamen res cum ſuo onere. 5.) bona in dubio non emphyteutica, ſed cenſitica præſumuntur. §. Was dieſenige ꝛc.

Vid. D. *Harppr. Reſp.* 80. *num.* 273. & *ſq.* quomodo autem à bonis emphyteuticis differant bona vitalitia, quæ moribus potiſſ. Sueviæ ſaltem ad tempus vitæ unius vel alterius, vel ad certum tempus concedi ſolent, **die Fall- und Schupf-Lehen-Güter**,

Vid. Dn. D. *Schœpffii Diſſ. de Bonis Vitalitiis Sueviæ, Cap.* 3. § 5. *ſeq. add. Reſcr. Gen. d. d.* 24. *Maji* 1663. §. 3.

42. De jure civili quamvis contractus conditionalis non ſit perfectus ratione obligationis & actionis, pro perfecto tamen habetur ratione pœnitentiæ. §. Obwohl ꝛc.

L. 8. *ff. de peric. & commod. rei vend.*

Jure vero Wurtemb. ab emtione venditione & ſimilibus conventis conditionalibus, pendente conditione, etiam altero invito, recedere licet, ita ut hoc jure venditio conditionalis etiam quoad pœnitentiam pro imperfecta habeatur, perinde ac venditio in ſcriptis celebranda imperfecta eſt, usque dum ſcriptura ex omnibus partibus fuerit completa.

Lauterb. Diſp. de Arrha, th. 119. *& ſequ.*

ex quibus vero cauſis & indiciis colligatur animus contractum in ſcriptis celebrandi,

Vid. Dn. Frommann Diſput. de Convent. in ſcript. th. 10.

§. Doch wo ein *arrha* ꝛc.

43. Emtor, qui arrham dedit, tum demum illa privatur, ſi ipſe à contractu reſilire velit, ſi vero non reſiliat à contractu, non amittit arrham, ſed eam in pretium imputat.

Lauterb. d. Diſp. th. 121. *&* 131.

arrhæ autem datio non locum facit pœnitentiæ; etiamſi dans, quod dedit, amittere, accipiens vero, quod accepit, in duplo reſtituere velit, arrha enim non in firmandi, ſed potius negotium confirmandi gratia datur.

d. Diſp. de Arrha, th. 100. *& ſq.*

hinc ſi negotium ejus eſt conditionis, ut una vel altera pars, altero diſſentiente, ab eo recedere poſſit, tunc etiam data arrha, cum ejus jactura, locum habet pœnitentia; ſi vero tali acceſſit negotio, in quo regulariter pœnitentia locum non habet, etiam una pars altera invita à conventis recedere nequit, idque etiam Jure Wurtemb. eadem ratione obtinet.

d. Diſp. th. 117. *Dn. Frommann, de Convent. in ſcript. th.* 41. *in fin.*

44. Dif-

44. Differunt ab arrha nummi bibales, **der Wein, oder Leuthkauff**, hi enim ſumtus non dantur ad roborandum & confirmandum contractum, ſed conferuntur in gratiam teſtium ad irrigandam illorum memoriam, ut eo melius geſtorum recordentur; & licet quis à contractu recedat, adverſario tamen tantum ipſos ſumtus refundere, non vero tantundem reſtituere tenetur. §. Doch wo ꝛc.

Lauterb. d. Diſp. de Arrha, 87.

45. Emtione perfecta emtor pretium ſolvere tenetur, & uſuras quoque ex mora, in qua ſtatim conſtituitur poſt rem à venditore traditam, quæ mora dicitur realis ſive irregularis & anomala. §. So bald. ꝛc. §. Wie auch ꝛc.

Dn. D. *Schwveder Diſp. de Uſuris pretii tardius ſoluti, th.* 12. *vid. tamen* Dn. *Cocceji, Diſp. de Mora, th.* 15. & 16.

ſi venditor fidem de pretio habuit, uſuræ non debentur.

arg. L. 88. *ff. de Reg. jur.* L. 40. *ff. de reb. cred.*

mercatores autem, licet fidem expreſſe non habuerint, uſuras pretii tardius exoluti non exigunt, quia has ipſi pretio imputare præſumuntur, ac ob frequentem & promiſcuam mercium neceſſitatem omnes fere, qui mercibus indigent, uſuris ſubjicerentur.

Mev. P. 3. *Dec.* 11. *num.* 2. *Richter*, *Dec.* 74. *n.* 5.

quodſi vero merces pretio communiter juſto ſint diſtractæ, poſt lapſum temporis ſolutioni præfixi uſuræ deberi incipiunt, præprimis cum notabile temporis intervallum fuerit indultum

emtori, eumque ſæpius admonuerit mercator ut ſolvat, id quod potiſſimum requiritur, ſi ſimpliciter tradantur merces, nullo tempore adjecto.

Dn. D. *Schwveder d. Diſp. th.* 24. *Dn.* D. *Schœpff Dec.* 342. *n.* 6. & 7.

ſi emtori denunciatum, ne ſolvat, & arreſtum pecuniæ impoſitum ſit, ad uſuras non tenetur, modo tantum pecuniæ in parato ſemper habuerit, ex quo venditori quolibet tempore ſatisfacere potuerit.

Vid. tamen Brunnem. ad L. 13. *ff. de Act: emti vend. num.* 62. & 63.

§. Da aber ligende Güter ꝛc. 46. De Jure Wurtemb. ut emtio venditio immobilium pro perfecta & obligatoria habeatur, præter conſenſum de re & pretio requiritur, ut de conſtanti & deliberata contrahentium voluntate conſtet, vel ex judiciali inſinuatione; vel ex lapſu 14. dierum, vel denique ex ipſius rei venditæ traditione aut pretii ſolutione, niſi enim ex his unum intervenerit, immobilium rerum emtio & venditio hoc jure nondum cenſetur eſſe perfecta, nec obligatio contracta; & hæc cauſa eſt, cur jure Wurtemb. periculum rei immobilis venditæ, etiamſi partes de re & pretio pure conſenſerint, ante inſinuationem tamen intra 14. dies non ad emtorem ſed ad venditorem pertineat, quia ſcil. contractus antea nondum eſt perfectus.

Lauterb. *Diſp. de Arrha, th.* 115.

Tit. 10. *de lege Commiſſoria.* 47. Jure civili, quando emtio contracta ex lege commiſſoria reſolvitur, emtor ob fidem

dem non ſervatam & arrham & partem pretii ſolutam perdit, & venditor retinet. §. Wann jemand ꝛc.

L. 4. §. 1. ff. de lege commiſſor.

Jure Wurtemb. autem in lege commiſſoria pars pretii ſoluta, reſoluta emtione, emtori eſt reſtituenda.

D. Harppr. Differ. J. Civ. & Wurtemb. th. 4. & Differ. March. th. 24.

48. Exiſtente conditione reſolutiva emtio perfecta reſolvitur, ita ut retro ab ipſo initio pro non facta habeatur, & res inemta reddatur. *Tit. 11. De in diem addict.* § Dann erſtlich ꝛc.

L. 9. L. 17. *ff. de addict. in diem.*

hinc ad venditorem ipſo jure, ſine rei traditione, dominium redit, ita ut illud nunquam ab ipſo diſceſſiſſe videatur; & id non ſolum in pacto legis commiſſoriæ & addictionis in diem, ſed in aliis quoque pactis reſolutivis obtinet, quæ ſcil. directis verbis, aperte & directo in contractus reſolutionem concepta, eique in continenti addita, ita ut contractum ipſo jure, retro & ex tunc reſolvant. §. Da aber ꝛc.

Dn. D. Graß Diſp. de Reditu dominii legali 1. th. 18. D. Harppr. Reſp. 3. Tractatui Acad. de Renunciat. filiar. illuſtr. ſubjunct.

49. Circa pactum de retrovendendo jure communi diſtinguitur, an ſimpliciter fuerit adjectum, nulla pretii mentione facta, an vero de certo pretio revenditionis fuerit conventum; ſi non convenerit, ut res eodem pretio ſit retrovendenda, illud pretium intelligitur, quod tempore revenditionis juſtum fuerit, ſi convenerit de certo pretio, id ſolvendum. *Tit. 12. De pacto de retrovend.* §. Wann einem ꝛc.

Vid. D. Harppr. Reſp. 17. num. 61. & ſq.

Jure vero Wurtemb. in pacto de retrovendendo hoc agi cenſetur, ut liceat venditori recipere ſeu redimere rem, reddito pretio eodem, quod datum eſt; non eo, quod tempore reemtionis juſtum ac rei reſpondens videri poſſet, niſi aliud nominatim actum ſit.

D. *Harppr. Reſp. 74. num. 36. & ſeqq.*

d.§. wann. 2c. 50. Pactum de retrovendendo ipſam rem venditam non afficit, adeoque nec actio realis inde naſcitur, ſed tantummodo actio perſonalis ex emto, ſi ſcil. pactum ipſi contractui inſeratur, vel in continenti adjiciatur; vel præſcriptis verbis, quando pactum retrovenditionis non fuit adjectum contractui ſed ipſi traditioni; vel condictio ex moribus, ſi pactum ex intervallo adjectum.

L. 2. C. *de pact. inter emt. & vendit. ibique Brunnem. Stryck de ſucc. ab int. Diſſ. 6. Cap. 4. §. 1. & ſq.*

hinc ſi primus emtor rem ita venditam tertio vendat, non primo venditori ex pacto, hic nullam actionem contra ſecundum emtorem habebit, niſi pactum fuerit reſolutivum verbis directis conceptum, vel hypotheca corroboratum, vel ſecundus emtor ſciverit tale pactum inter venditorem & emtorem initum, hiſce enim in caſibus etiam contra tertium poſſeſſorem agi poteſt rei vindicatione, vel hypothecaria actione, vel actione perſonali de dolo.

Carpz. Jpr. For. P. 2. C. 1. def. 16. & 17. D. Harppr. Reſp. 17. *num. 47. & ſq. Id. in Diſſ. March. th. 38.*

§. So dann 2c. 51. Circa præſcriptionem actionis de retro-

trovendendo videndum, quomodo pactum illud fuerit adjectum, an ita, ut reemere liceat quandocunque venditori placuerit; an intra certum tempus; an ex certo tempore; primo caſu, ſi nullum certum tempus aſſignatum eſt, nunquam ei præſcribitur, nec 30. 40. aut ulla alia annorum præſcriptione, emtio quippe hoc in caſu eſt res meræ facultatis, ita ut emtor, ceu ſemper in mala fide conſtitutus, revenditionem abnuere nequeat.

D. Harppr. d. Reſp. 17. num. 13. & ſeq.

ſecundo caſu, ſi pactum, ut intra certum tempus fundum venditum reluere liceat, elapſo eo, jus reluendi ſive reemendi ulterius non obtinet.

Carpz. Ipr. For. P. 2. *C.* 1. *def.* 8.

tertio caſu, ſi conventum, ut ex certo tempore retro vendatur, communiter 30. anni indulgentur, quippe quo tempore regulariter omni actioni perſonali præſcribitur.

L. 3. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. add.* Dn. *Stryck de Succ. ab int.* Diſſ. 6. *Cap.* 4. §. 49. §. Gleichfalls ꝛc.

52. Si unus ex pluribus conventitoribus vel cohæredibus, diſſentientibus licet reliquis, totum offerat pretium, & caveat de revendendo partem ſocio, ſi is aliquando eam habere velit, emtorem teneri huic totum fundum revendere, communis eſt concluſio.

ex L. 78. §. 2. *ff. de contrah. emt. vid. Beſold ad Jus* Prov. *Wurt.* Diſp. 2. *th.* 50.

quia ejusmodi plures conventitores ex pacto tali venditioni adjecto correi credendi cenſentur conſtituti.

vid. L. 2. L. 16. *ff. de duob. reis. ibique Brunnemann.* &

& reliqui contra eum, qui obtulit, ut rem communicet, agere poſſunt.

Brunnem. ad L. 2. C. de pact. int. emt. num. 8. & ſeqq.

emtori autem nulla infertur injuria, ſive unus toto pretio rem redimat, ſive plures, ſive omnes.

conf. D. *Harppr. Reſp. 4. num.* 144. *& ſeqq.*

ſed diverſum hic in jure provinciali conſtitutum legitur, ſcil. quod non aliter unus ſolus tale prædium reemere valeat, quam ſi cæteri convenditores conſentiant, vel tempus huic pacto præſtitutum prope finem ſit.

D. *Harppr. Contin. Differ. Jur. Civ. & Prov. Wurtemb. th.* 16. *& Differ. March. th.* 29.

§. Und ſollen ꝛc.

53. Pactum retrovenditionis non valet, niſi judicialiter inſinuatum, nec lapſu 14. dierum roboratur, ut pactum ſimplex, ad evitandas ſcil. lites, & ut quæſtiones in ejusmodi venditionibus occurrentes eo facilius decidantur.

vid. Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 51.

Tit. 13. De Inſinuatione Contractuum.

54. Contractus ſuper rerum immobilium, & quæ his æquiparantur, alienatione, qui fiunt in Ducatu Wurtemb. omnes in ſcriptis fieri debent, publicis nempe.

§. Wir wollen ꝛc.

D. *Frommann Diſp. de Convent. in ſcript. th.* 19. *&* 24.

quód non tantum de contractu emtionis venditionis, ſed & aliis contractibus ſimilibus, v. g. permutatione, donatione &c. intelligendum.

Lauterb. Tr. de. Arrha, th. 116.

nec contrahentes inſinuationi huic renunciare valent, cum publice interſit, ut de immobilium rerum poſſeſſoribus conſtet, propter col-

lecta-

lectarum & aliorum onerum publicorum exactionem, & ut autoritate judicis omnis dolus facilius impediatur, ac negotiismajor firmitas accedat.

D. Harppr. Differ. J. *Civ. & Prov. W. th.* 14.
Ejusd. Differ. March-Bad. th. 19.

Inſinuatio autem fieri debet in loco rei ſitæ, diebus juridicis, an ordenlichen Gerichts-Tägen, wo die Güter gelegen.

vid. Lauterb. Diſp. de Volunt. Juriſd. th. 28. & 50.

Inſinuandi etiam ſunt contractus ſocidæ, alle Contract über Verſtellung Zug- und Melck-Viehs, intra octiduum, ſub clauſula nullitatis.

vid. Reſcript. Duc. d. d. 16. *Mart.* 1642.

55. Quamvis autem neceſſaria ſit inſinuatio, & pœnitentiam quoque excludat, ſubſtantiam tamen contractus non ingreditur, hinc etiam poſt 14. dies, licet inſinuatio non fuerit facta, contractus ſubſiſtit, nec pœnitentia amplius locum habet. §. Da aber 2c. §. Aber nach 2c.

D. *Frommann de Convent. in ſcript. th.* 5.

nullam quoque cauſæ cognitionem requirit, nec partium præſentia regulariter opus eſt, nec inſtrumenti confectio, der Fertigungs- oder Kauff-Brieff, præciſæ neceſſitatis eſt, ſed ejus petitio eſt arbitraria.

d. Diſp. th. 24.

56. An vero inſinuatione nondum facta, intra 14. dies, in quibus pœnitendi facultas conceſſa eſt, ipſa etiam arrha & nummi bibales ab accipiente præciſe reſtituendi ſint, ſi à contractu recedere velit? Neg. cum hoc in Jure provinc. nullibi cautum ſit, hinc reſtitutio d. §. Da aber 2c.

II. 13.

tutio arrhæ nummorumque bibalium etiam poſt lapſum 14. dierum fieri poteſt, modo quis pœnitentiam intra iſtos 14. dies declaraverit.

D. Harppr. Conſult. 92. num. 68. & ſeqq.

§. Und ſo viel ꝛc.

57. In alienatione rerum immobilium ſola judicialis inſinuatio ſufficit, in redituum vero venditione inſuper cauſæ cognitione opus eſt.

D. Frommann de Convent. in Scr. th. 5.

nec tales venditiones redituum, uti reliquorum immobilium, poſt lapſum 14. dierum absque inſinuatione roborantur, in tantum, ut tum hypotheca deſuper conſtituta, tum & totus contractus non inſinuatus nullius momenti vel roboris habeatur.

D. *Harppr.* Diſp. *de* Pign. *publ.* §. 20. *add. Lindenſpühr ad Ord. prov. pag. 68. n. 19. Frommann.* Diſſer. *ann. red.* & *uſur. th.* 16.

Tit. 14. Vom *Remedio* L. 2. *C. de* Reſc. *Vend.*

§. Wann einer ꝛc.

58 Querela enormis læſionis, ſive remedium L. 2. C. de reſcind. vendit. locum habet non ſolum in emtione venditione, ſed etiam in permutatione, in ſolutum datione, diviſione hæreditatis. Quoad hanc vero diviſionem ſcil hæreditatis videndum, utrum læſio nimirum extrajudicialis, nam judiciali ſimpliciter ſtandum eſt,

L. 36. *ff. fam. erc.*

contingat ex æſtimatione rerum diviſarum, & non attenditur læſio, niſi ultra dimidium fuerit, vel de Jure Wurtemb. ultra tertiam partem juſti pretii.

L. 1. C. Commun. utr. jud.

an vero circa ipſas res dividendas, & quæcunque inæqualitas reparanda.

L. 3. *eod.* D*n. Coccej. Diſſ. de Remed. d.* L. 2. *Sect.* 2. §. 5. & *ſeqq.* diviſio

diviſio autem coram judicio tutelari, vor dem Waiſen-Gericht, facta, pro extrajudiciali habetur.

Lauterb. Exerc. 20. Concl. for. 9.

In locatione quoque conductione, in ſpecie quoad colonum partiarium, pariter locum habet querela enormis læſionis,

D. Frommann Diſp. de Colono partiario, th. 12.

& in ſimilibus contractibus, etiamſi contractus fuerit inſinuatus, propter læſionem ſcil. quæ accidit ἐμπορικῶς ſ. negotiative, in doloſa enim circumventione etiam minima læſio attenditur.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 64.

59. Tempus petendi reſciſſionem de jure civili eſt 30. annorum, de jure Wurtemb. decem; nec longius durat, licet per modum exceptionis petatur, cum etiam per modum actionis proponi & in judicium deduci poſſit; ſi tamen læſio adſit enormiſſima, reſciſſionem etiam in foro Wurtemb. ad 30. uſque annos concedunt. d. §. wann ꝛc.

Beſold d. Diſp. 2. th. 66.

60. Agitur hac actione ſecundum communem opinionem, alternative, vel ad reſtitutionem, ſive ſupplementum illius, quod læſo debetur, vel ad negotium reſcindendum, ita ut electio reo competat, d. §. wann einer ꝛc.

Lauterb. Tr. Syn. de Reſc. Vend. §. 1. n. 36. & 37.

verum ex d. L. 2. facultas quidem venditori conceditur, reſtituendi pretium & recipiendi fundum minoris venditum, non vero facultas

tas petendi, quod deeſt juſto pretio, ſed hoc tantum eſt in poteſtate & electione emtoris, ut hoc modo ſatisfaciat, adeoque hoc non in obligatione, ſed in ſolutione eſt, inde læſus minus recte facit, ſi alternative agit, quia plus videtur petere, qui, quod in obligatione non eſt, petit.

conſ. d. L. 2. *C. de Reſcind. Vendit. Cocceji Diſp. de Remed.* L. 2. *C. de Reſc. Vend th.* 5. & 13. *Ejusd. Diſp. de Electione rei conventi ex enormi læſione*, §. 8. & *ſq.*

§. Und ſoll 2c. 61. In computanda enormi læſione reſpiciendum 1.) non ad ſingularem unius affectionem, ſed ad communem rerum æſtimationem. 2.) non ad præteritum & præſens, ſed ad tempus contractus.

Vid. D. *Harppr. Reſp.* 58. *num.* 24. & *ſq.*

3.) non conſideratur læſio, quæ venit ex incerto ſubſecuto eventu, v. g. ſi ille, qui ad dies vitæ alimenta emit, brevi poſt diem ſuum obiit. 4.) reſpiciendum eſt ad locum rei venditæ & traditæ.

Lauterb. Tr. Syn. de Reſc. Vend. §. 1. *n.* 9. & *ſq.*

quomodo autem læſio enormis per juratam taxationem probanda ſit,

Vid. Dn. *D. Schœpffii Deciſ.* 238. & 204.

Tit. 15. *de Evictione.* 62. Omiſſa litis denunciatione in evictione, emtori nullus datur regreſſus adverſus venditorem.

§. Und ſoll 2c. *L.* 53. *in fin. ff. de Evict.*

quod tamen fallit, ſi notorie conſtet de juſtitia evincentis, & appareat, venditorem nullum jus habuiſſe, quo rem venditam defendere

dere potuiſſet, vel ſi emtor velit in ſe ſuſcipere onus probandi juſtitiam evincentis, nullumque jus habuiſſe venditorem, quo poſſet rem illam vendere.

L. 11. §. 12. *pr. ff. de Act. emt. vend.* *Carpz. Ipr. For.* P. 1. C. 3. *def.* 23. & 24.

63. Fieri poteſt denunciatio litis in quacunque judicii parte, etiam poſt litem conteſtatam, quolibet tempore, modo adhuc integra ſit emtori defenſio, interdum etiam in ſecunda adhuc inſtantia. §. Es ſoll ꝛc. §. Jmmaſſen ꝛc.

Lauterb. Diſſ. de Nominatione, th. 18. *Dn. D. Schœpff in Proc.* Dicaſt. *Cap.* 2. §. 3. *Vid. tn. D. Harppr. Differ.* J. *Civ. & W. th.* 11.

64. Non operatur litis denunciatio, ut reus conventus ab inſtantia abſolvatur, & judicium in denunciatum transferatur, quod ſit in nominatione ſive laudatione autoris. §. Nach ſolcher ꝛc.

Brunnem. ad L. 2. *C. ubi in rem act. num.* 8. *ſq.* illud tamen juris per denunciationem conſequitur, ut à denunciato in judicio defendatur, qui ſtare tenetur coram judice cauſæ principalis, nec opponere poteſt exceptionem fori, etiamſi ſit Clericus.

Carpz. Ipr. For. P. 1. C. 3. *def.* 28. *Brunnem. ad L.* 1. & 2. *C. ubi in rem. act.*

65. Cum retractus contra jus commune introductus ſit, ex certa licet æquitatis ratione, ſua natura odioſus eſſe dicitur, *Tit.* 16. Von Loſungen ꝛc.

vid. Dn. D. Graß de ceſſione Retractus, th. 4. & *ſeqq.* §. Nach dem ꝛc.

adeoque ſtricte interpretanda ſunt ſtatuta de retractu loquentia; inde retractus gentilitii ſive conſanguinitatis, in unico ſaltem caſu,

de quo in h. t. 16. §. Demnach auch ꝛc. *pag.* 287.

junct. p. 4 tit. 5. §. Den Uberbliebenen ꝛc. *d. Diſſ. th. 20.*

retractus vero vicinitatis in Ducatu Wurtembergico nulla habetur ratio, quia deficit juris provincialis diſpoſitio, qua deficiente aliud jus retractus in hoc Ducatu non eſt comminiſcendum.

D. *Frommann in Delineat. Juris Retractus Wurtemb. th. 15.* D. *Harppr. Conſ. 94. num. 86. & ſeqq.*

d. §. Nach-dem ꝛc. 66. Certæ tamen ſpecies juris retractus, quamvis juri civili incognitæ, jure tamen Wurtemb. aliisque locorum ſtatutis, juſtis ex cauſis receptæ ſunt & approbatæ; ſic retractus cenſualis in eo favorabilis eſt, quod prædia emphyteutica communem quotannis cenſum præſtantia, ex magna cauſa in partes diviſa, in unam rurſus manum, quantum poſſibile, ope illius conjungantur, nec cenſus in plures particulas diſpeſcatur, ſed ex una manu præſtetur.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 79. Frommann d. Tract. th. 20. vers. Cenſualis.

Territorialis autem ex hac potiſſimum ratione introductus eſt, ut bona inter ſubditos conſerventur, illique oneribus ferendis pares ſint, & ne tributa, onera & collectas à forenſibus majori cum difficultate exigere neceſſe ſit.

D. Frommann d. Tr. th. 20. pr.

Retractus porro partialis hac æquitatis ratione ſe commendat, quod bona, quæ alias commodam diviſionem non recipiunt, efflagitante tamen neceſſitate in plures diviſa ſunt, rurſus uniantur.

Dn. D. Graß Diſſert. de Retractu partiali, th. 6.

67. Ita-

67. Itaque retractus cenſualis poſſeſſoribus talium prædiorum competit, qui ex prædio alienato unum eundemque cenſum communem ſolvunt, contra eos, in quos alicujus ad hunc cenſum pertinentis prædii vel partis alienatio facta. §. Ob wie

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 2. th. 160. Frommann de Retr. Wurtemb. th. 44.

ſic, ut duo ad minimum prædia requirantur, ex quibus uni eidemque domino, vel alii, atque ita communis cenſus fundiarius vel impoſititius,

quomodo hi differant, vid. D. Harppr. Reſp. 80. num. 272. & ſeqq.

vel canon emphyteuticus quotannis veniat præſtandus, zwey Güther, welche ehemals einhändiger Zinſe halber zuſammen gehört;

Bocer. Claſſ. 3. Diſp. 22. th. 25.

quod enim non ſolum in bonis emphyteuticis, ſed & cenſiticis, retractus tum cenſualis, tum territorialis, tum & quilibet alius locum habeat, videre eſt

ap D. Harppr. Conſult. 84. num 60. & ſeqq.

ſub retractu cenſuali, der Zinß-Loosung, ex paritate rationis comprehenditur etiam die Frohn-Loosung, quando nimirum tale prædium venditur, cui onus operarum, der Frohn-Dienſte oder Gült-Frohnen, quæ naturam canonis vel annuæ præſtationis habent, realiter inhæret, tum enim poſſeſſori talis prædii jus retractus competit contra eum, in quem prædii, cui talis præſtatio annua debetur, vel partis ejus alienatio facta eſt.

vid. Reſcr. Duc. d. d. 2. Martii 1708.

§. Und wann 2c.

68. Reſpicitur autem in retractu cenſuali ad fundi, non ad cenſus debiti majorem partem;

vid. tamen Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 85.
Lauterb. Vol. II. conſ. 7. n. 13. ſq.

hinc licet emtor duplici vinculo munitus ſit, nimirum emtionis titulo, & quod prædii cenſitici poſſideat partem, retrahens tamen, ſi majorem obtineat partem, præfertur.

Beſold d. Diſp. 2. th. 90.

nec collectori cenſus, dem Träger, jus prælationis ex hac cauſa tribuitur.

D. Frommann d. Tr. th. 84.

nec matris & plurium liberorum, de menſa & pane matris viduæ viventium, portiones hæreditariæ diviſæ vel indiviſæ ad hunc effectum, conjungi poſſunt, ut alii condomino talis prædii, v. g. filio ex priori matrimonio, qui ſolus majorem in eo partem habet, quam quilibet ex reliquis illis ſeorſim ſpectatis, in exercendo hoc jure retractus præjudicetur.

vid. D. Harppr. de Uſufr. mat. effect. oner. §. 19.

præfertur tamen minorem fundi partem poſſidens, ſi alter, qui majorem partem poſſidet, extra territorium prædii ſiti domicilium habeat, cum hoc in caſu duplex jus fortius liget, quam unum.

Frommann d. Tr. de Retr. Wurt. th. 84.

69. Quamvis de jure civili non admittatur ad retractum emphyteuta, ſi canonem ſuum dominus vendat, attamen de jure provinciali Wurtemb. tam emphyteuta ſive dominus utilis, ſi canonem ſuum dominus directus vendat,

dat, quam dominus directus utile dominium venditum retrahere poteſt, idque in favorem conſolidationis.

Lauterb. Differ. Jur. Com. & Prov. Wurtemb. P. 2. *th.* 27. *add. Beſold ad J. P. W. Diſſ.* 2. *th.* 93.

quid juris ſit, quando uſufructuarius exercitium juris ſui alii vendit vel locat, an proprietarius hoc in caſu jure retractus vel protimiſeos gaudeat, & v. v. ſi proprietarius prædiorum proprietatem vendit, an uſufructuario vel tertio cuidam jus retractus competere poſſit, de hoc vid.

D. Harppr. d. Tr. de Uſuſfr. materni effectibus oneros. §. 21. & *ſeq. itemq.* §. 35. & *ſeq.*

70. In retractu conventionali, præter ſtatutum præcipue attendenda eſt voluntas partium, & conventio illarum ſingularis, quæ non niſi in ſcriptis celebranda, cum forma ejus & modus ſtricte veniat obſervandus; ſi autem ſpecialiter nihil conventum, deciſio ſecundum communem retractus naturam ſumenda eſt. §. Weil die angedingte ꝛc.

D. Frommann d. Tr. th. 19. 22. & 80.

71. Circa quæſtionem, an retractus conventionalis ad hæredes tranſeat, diſtinguendum eſt, an ille proveniat ex pacto adjecto alienationi, quæ fit per diviſionem rerum hæreditariarum, & communiter vocari ſolet eine anbedingte Erb-Loſung; an vero ex tali alienatione, quæ ſine diviſione talium rerum fit, & ſimpliciter vocatur eine angedingte Loſung; illa eſt ſpecies aliqua retractus gentilitii, §. Und wobey ꝛc. §. Wofern aber ꝛc.

litii, & transmittitur ad paciſcentium cohæredum deſcendentes tantum.

Beſold. ad J. P. W. Diſſ. 2. th. 98.

hæc vero tanquam mere conventionalis ad quosvis hæredes tranſit.

L. 9. ff. de probat L. 13. C. *de contrah. ſtipul.*
D. Frommann de Retr. Wurtemb. th. 7. & 54.

ſi plures hæredes retrahere velint, res ſorti committenda; ſi vero prædium retractui conventionali obnoxium ſemel alienetur, nec à cohæredibus retrahatur, primam libertatem recipit, ut retractui poſtea non amplius ſit ſubjectum, ſed libere diſtrahi poſſit,

Plebſt ad J. P. *W. Diſſ. 2. th. 165.*

§. Wir ſeken rc. 72. Retractus territorialis vel communis eſt, vel ſpecialis, vel ſpecialiſſimus; circa retractum territorialem communem diſtinguendum, quonam tempore alienatio in forenſem facta fuerit; ſi prædium jam ante annum 1536. (quo anno alienatio prædiorum in hoc Ducatu ſitorum in quoscunque forenſes prima vice à Duce Ulrico glor. mem. prohibita fuit, ſecundum Ordin. prov. tit. 20. §. 1.) in extraneum ſive forenſem fuerit alienatum, tum illud juri perpetuæ reluitionis nullatenus ſubjacet, ſed poſſeſſoribus eorumque hæredibus, quotocunque ſint gradu, id relinquitur; quam primum autem ab hiſce poſſeſſoribus tale prædium venditur, vel ſimili modo alienatur, tum demum ſubditis Wurtemb. præcipue iis, qui in loco, ubi res ſita, habitant, jus non quidem perpetuæ reluitionis, ſed tantummodo retractus, intra ſpatium unius duntaxat menſis à tempore

re celebratæ venditionis, vel acquiſitæ illius notitiæ, competit, ad prædium eo pretio, quod inter ultimos contrahentes fuit conventum, redimendum.

Ordinat. Provinc. tit. 22. §. 5.

Sin autem tale prædium poſt tempora Ulrici, ſive poſt d. annum 1536. à cive vel incola Wurtemb. in extraneum fuerit alienatum, hoc in caſu contractus, licet venditio facta fuerit ſub haſta, ceu contra legem, quippe quæ ejusmodi alienationem ſub pœna 20. floren. prohibet,

Jus provinc. Part. 2. tit. 9. §. wir ſeßen,

initus eſt ipſo jure nullus, ita ut jus non retractus proprie ſic dictum, quippe quod contractum firmum & validum præſupponit, ſed jus perpetuæ reluitionis locum habeat.

Ordinat. provinc. d. tit. 20. §. 2.

& quidem eo pretio, quod inter primos contrahentes, licet antiquis temporibus, fuit conventum.

Ord. prov. tit. 18. §. 1. ibi: in dieſem Kauffgelt ꝛc.

in qualibet parte cujuslibet anni, niſi retrahens fructus iſtius anni percipere velit, ubi præciſe eo menſe, quo ante plures annos prædium in forenſem alienatum, reluitio facienda eſt.

D. Harppr. Reſp. 74. num. 6. & ſeq.

& ſi prædium titulo non emtionis - venditionis vel ſimili, ſed permutationis, in forenſem fuerit translatum, jus perpetuæ reluitionis nihilominus locum habet.

Jus provinc. Part. 2. tit. 9. §. wir ſeßen ꝛc. & *Ordinat. prov. Tit. 17. §. 4. & 5.*

ita

ita ut permutans vel ipſe hoc recipere, vel alius quilibet civis aut incola Wurtemb. illud juſto pretio, à peritis æſtimatoribus determinando, revocare poſſit.

D. Harppr. d. Reſp. 74. num. 62. & ſeq.

cæterum ſi alia ratione, nempe jure hæreditario, vel titulo dotis aut donationis, aut in concurſu creditorum, bona in hoc Ducatu ſita ad forenſes pervenerint, tunc licet acquiſitio valeat, intra biennium tamen bona illa ſubditis iterum vendere tenentur, adeo ut ſi biennio elapſo vendita non fuerint, à cujuscunque loci magiſtratu publice diſtrahi debeant, pretiumque acceptum ipſis forenſibus reſtitui.

Ord. prov. tit. 17. §. 6. & 7. & tit. 20. §. 3. D. Frommann. Tr. de Retr. Wurt. th. 37.

circa expenſas autem & meliorationes in prædium perpetuæ reluitioni ſubjectum factas idem obtinet, quod in retractu circa hoc punctum juris eſt.

D. Harppr. d. Reſp. 74. num. 127. & ſeqq. & Reſp. 5. num. 174. & plur. ſeqq.

de collectis bellicis quid habendum ſit in caſu perpetuæ reluitionis,

vid. Id. d. Reſp. 74. num. 165. & ſeqq.

d. §. Wir ſetzen 2c. 73. Retractu territoriali ſpeciali gaudent cives tantum ſive municipes, die, ſo in derſelben Stadt oder Dorff Bürgerlich ſeßhafft, non vero incolæ, qui cives non ſunt, ſubditi tamen ſunt, & in hoc Ducatu fixam ſedem poſuerunt.

Lauterb. Diſſ. de Domicilio, th. 54.

contra

contra incolas alterius loci, wider die auſſerhalb ſelbiger Marckung geſeſſene oder ſeßhaffte, non vero contra incolas ejusd. loci, ubi alienatio facta.

d. Diſſ. th. 55. D. Frommann de Jure retr. th. 40. D. Harppr. Conſ. 39. num. 62. & ſqq.

neque etiam contra eos, qui jure civico ibid. gaudent, alibi tamen habitant.

D. Harppr. d. Conſ. 39. per tot.

34. Eccleſiarum ſcholarumque miniſtri, horumque viduæ, etſi cives municipii vel pagi non ſint, nec incolæ, active jus retractus territorialis municipalis exercere poſſunt, unde facile colligitur, multo minus paſſive contra eos retractum hunc exerceri poſſe; licet in illo municipio nec cives nec incolæ ſint; cæteris autem officialibus ac Miniſtris Principis, ut & denen Freyſaſſen, licet jus retractus territorialis municipalis active conceſſum non ſit, paſſive tamen, ſi ipſi in loco, quo habitant, prædia comparaverint, adverſus eos locum habet vel minime, cum pro inhabilibus ad poſſidendum immobilia in Ducatu non ſint declarati, & jura retractum introducentia ſtricte ſint interpretanda. d. §. Wir ſeßen ꝛc.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 108. Frommann. d. Tr. de Jure Retr. W. th. 39. & 41.

75. Retractus territorialis ſpecialiſſimus competit incolis & poſſeſſoribus vicorum & prædiorum, peculiares limites, cum pagorum limitibus non confuſos habentium, denen Einwohnern der Weiler, Höf, Mühlinen und Einödinen, cum jure prælationis, §. Und nachdem viel Weiler ꝛc.

 in

in concurſu cum aliis incolis ejus pagi, cujus jurisdictioni & præfecturæ ſubſunt.

Vlebſt ad J. P. W. Diſp. 2. th. 156. D. Frommann, d. Tr. th. 42. & 82. num. 2.

§. Und ſo ꝛc. 76. Si plures in retractu territoriali ſimplici concurrunt, prioritas temporis attenditur, ut, qui prior eſt tempore, potior ſit jure; ſi vero unus pretium actualiter offerat, alii ſaltem verbaliter, ille præfertur; ſi plures actualiter offerant, res ſorti committenda; ſi quis duplici jure gaudeat, retractu ſcil territoriali & conventionali ſimul, iſte reliquis præferendus eſt.

D. Frommann d. Tr. th. 83. ut & th. 34. & 39.

§. Demnach ꝛc. 77. Retractus quoque partialis mentio fit in Jure provinciali Wurtembergico, qui locum habet in caſu, quando cohæredes ædes vel prædia, quæ commodam diviſionem non recipiunt, neceſſitate coacti dividunt, ac poſtea divendunt, etſi hæredes peculiari pacto ſibi deſuper non proſpexerint.

arg. §. Demnach ꝛc. h. t. cujus verba diſpoſitiva ſunt, ſecundum Ord. prov. pag. 35. §. nachdem ꝛc. Dn. D. Graß, Diſſert. de Retr. part. th. 6.

ſicuti autem in caſu diviſarum ædium retractus hic indiſtincte locum habet, cum domus ſemper incommode dividi cenſeatur;

Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 76.

ita etiam alia prædia tam urbana quam ruſtica ob incommodam eorundem diviſionem locum aliquando aperire poſſunt retractui partiali.

vid. d. Diſſ. th. 5. & 14. ubi latius de requiſitis circa hunc retractum obſervandis agitur th. 16. & ſeqq.

78. Mo-

78. Mobilia retractui regulariter non ſunt obnoxia, §. Inſonderheit ꝛc. p. 287.

D. Frommann de Retr. Wurtemb. th. 55. & 56. Dn. D. Graß Diſp. de Uſu diſtinct. mobil. & immobil. th. 20.

hinc etiam in actionibus ſive nominibus iſte regulariter ceſſat;

Dn. Coccej. Diſſert. de Jure circa Nomina, ſect. 3. § 14.

exceptio eſt in Jure provinciali Wurtemb. quando creditor nomen & actionem ſuam diſtrahit, tum enim debitori jus retrahendi competit, & quidem intra annum, cum ratione temporis peculiariter nil ſit expreſſum.

vid. Beſold. ad J. P. W. Diſſ. 2. th. 73.

quoad ſtatus vero provinciales, civitates & univerſitates id ſine temporis determinatione locum habet.

vi des Land-Tag Abſchieds *de A. 1652. add. Reſcr. Ducale d. d. 3. Junii 1685. Lauterb. Diſſer. J. Civ. & prov. W. P. 2. th. 25.*

porro exceptio eſt ratione mobilium de jure provinc. in pellibus & lana, quatenus in pellibus locum habeat retractus,

vid. Jus prov. h. t. pag. 287. §. was aber ꝛc. *ibique alleg. Ord. prov. pag. 127. add. Reſcriptum Gener. d. d. 19. Febr. 1622.*

quid vero ratione lanæ diſpoſitum ſit peculiariter,

vid. d. Ord. prov. pag. 135. add. Reſcr. Gen. d. d. 7. Mart. 1554. d. d. 28. Sept. 1696. & d. d. 4. Apr. 1702.

in bonis quoque mobilibus hæreditariis reſtitutioni obnoxiis, uſufructu ab uſufructuario vendito, jus retractus conceditur hæredi proprieta-

prietario intra 14. dies, in immobilibus intra annum & diem.

vid. Jus provinc. P. 4. tit. 5. §. dem Überbliebenen *D. Bardili Diſp. de Nuda Proprietate, th. 3. D. Harppr. de uſufr. mat. effect. oneroſ. §. 21.*

denique jus retractus conceditur contra forenſes nova vina tempore autumnali in magna copia coëmentes, primo omnium Cameris Redituum Ducalibus, & poſt has etiam ſubditis Wurtembergicis.

vi Reſcripti Ducalis, d. d. 30. Sept. 1710.

an vero retractus etiam ad jura, v. g. decimas, annuos reditus &c. extendi poſſit?

vid. Joh. Harppr. ad §. ult. J. de Emt. Vendit. num. 306. Bocer. Cl. 3 Diſp. 22. th. 23. & 24. it. th. 41. Plebſt J. P. W. Diſp. 2. th. 158. D. Frommann de Retr. Wurtemb. th. 58. D. Harppr. de uſufr. mat. effect. oner. d. §. 21.

§. Wo aber der Käufſer 2c. & *paſſim h. t.*

79. Tum demum autem locum habet retractus, quando alienatio facta eſt ex cauſa venditionis, vel quæ vicem venditionis habet, ſcil. dationis in ſolutum, dationis in dotem, prædii æſtimati venditionis cauſa, litis æſtimationis &c. non vero, ſi facta ſit alienatio per modum teſtamenti, diviſionis, donationis, permutationis,

D. Fromman de Jure Retr. Wurtemb. th. 27. ſq. D. Harppr. Diſp. de Venditione gratioſa, th. 73. Id. in Conſ. 94. num. 37. ſq. Dn. D. Graß, Diſſ. de Retractu partiali, th. 11.

niſi in fraudem retrahentis permutatio facta ſit, aut pro fundo, qui retrahi poteſt, res mobilis, vel partim ſpecies, partim pecunia, vel prædium æſtimatum datum fuerit.

Bocer Cl. 3. Diſp. 22. th. 43. Re-

retractui quoque cenſuali locum concedunt in contractu permutationis;

Bocer d. Cl. 3. Diſp. 22. th. 28, Plebſt ad Jus prov. Wurtemb. Diſp. 2. th. 161.

& quod prædio in forenſem titulo permutationis translato jus quoque perpetuæ reluitionis locum habeat.

notat. eſt ſupra ad h. t. th. 72.

80. In venditione ſimultanea, **einem ſammenthafften Kauff**, retrahenti facultas competit ex rebus conjunctim venditis illas ſaltem, quæ retractui ſubjectæ ſunt, retrahendi, nec iſte jus habet cæteras non ſubjectas una retrahendi, neque alter easd. non ſubjectas retrahenti invito una obtrudendi. §. Wir verordnen auch ꝛc.

Joh. Harpp. ad §. ult. f. de Emt. Vendit. num. 291. & ſq. Bocer Cl. 3. Diſp. 22. th. 46. & 47.

niſi forte æquitatis ratio in hoc caſu aliud ſuadeat, v. g. ſi conſtet, emtorem non fuiſſe emturum ejusmodi fundos ſeparatim.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 91. Plebſt ad J. P. W. Diſp. 2. th. 168. D. Frommann, d. Tr. th. 61.

81. In venditione quoque gratioſa, **einem Freunds-Kauff**, retractus locum obtinere poteſt, modo retrahens verum & juſtum pretium emtori offerat & refundat.

D. Harppr. d. Tr. de Vendit. grat. th. 74. & 75.

ultra verum enim rei pretium retrahens nunquam adſtringitur, nec in illo caſu, ſi emtor venditori majus pretium donationis cauſa promiſerit aut ſolverit.

d. Tr. th. 76.

82. Si

82. Si emtoris fides ſingulariter electa ſit, v. g. quando venditio facta eſt ex cauſa alimentorum & ob proviſionem corporis, wann ſich der Käuffer ein Leib-Geding oder ſeinen Unterhalt bey dem Käuffer eingedingt; retractui locus non conceditur.

D. Harppr. Conſ. 38. num. 61. & ſq. & Reſp. 88. num. 37. & ſq.

quid juris ſit, ſi parentes bona retractui conventionali obnoxia liberis vendunt, an retractus locum habeat?

vid. Carpz. Ipr. For. P. 2. C. 32. *def.* 19.

an filius vel hæres venditoris retrahere poſſit?

vid. Brunnem. ad L. 14. C. de Contrah. Emt. num. 5.

83. Si inter emtorem & venditorem convenerit, ut, ſi quiſpiam retrahere cupiat, contractus nullus ſit, non locum habebit retractus, ſi absque fraudis conſilio pactum fuerit adjectum.

Joh. Harppr. ad §. fin. I. de Emt. Vendit. num. 391. Bocer. Cl. 3. Diſp. 22. *num.* 49.

poſſunt quoque contrahentes à contractu recedere, re adhuc integra, ſi ſcil. venditio conſenſu quidem perfecta, ſed per traditionem nondum conſummata ſit, & pœnitentia in continenti evenerit.

Bocer. Cl. 3. Diſp. 22. *th.* 50. *vid.* Dn. *Stryck Tr. de ſucc. ab int. Diſſ. 6. Cap. 3.* §. 4. *& ſeq. & Cap.* 4. §. 39.

re autem non amplius integra jus retrahendi ſemel quæſitum ei invito auferri nequit.

D. *Frommann d. Tr. th.* 24.

84. Si-

84. Sicuti retractus retrahentem in pleno eodemque jure ipſius rei ponit, quod penes emtorem fuit, adeo ut emtoris vices per omnia ſubeat retrahens, atque in omnia pacta, quibus ſibi contrahens proſpexit, intret. §. Hieben ꝛc.

Joh. Harppr. ad d. §. fin. num. 272. Plebſt *ad J.P. W.* Diſp. 2. *th.* 144. *Frommann. th* 95.

Ita in eum cuncta quoque onera tranſeunt, ad quæ primus emtor erat obligatus, hinc etiam pacta, v. g. addictionis in diem, retrovenditionis, legis commiſſoriæ, & quæ alia jure non prohibita ſunt, retrahens cuſtodire tenetur, quælibet enim res cum ſua cauſa & onere tranſit. §. Wann aber ꝛc.

L. *67. ff. de Contrah. emt.* Plebſt *d. Diſp.* 2. *th.* 166. Beſold Diſp. 2. *th.* 94. D. *Harppr.* Differ' *March. th.* 30.

85. Tempus retractui præfinitum annus & dies eſt, quod ipſum ſpatium retrahentis arbitrio conceſſum eſt, ita ut vel mox intra primum menſem, vel poſt illum jure hoc uti queat, etiam ultimo die, imo ultimo diei momento, nocte ultima, hora ultima. §. Wir wollen ꝛc.

Carpz. Ipr. For. P. 2. C. *32. def.* 2. *n.* 6.

& hæc temporis præfinitio de ſolennitate & forma juris retractus eſt ad unguem obſervanda, adeo ut nec moræ purgatio admittatur.

Carpz. d. C. 32. def. 5. num. 7. & ſeq.

exceptio tamen eſt (1. in anno intercalari, ubi dies unus adhuc ſuperadditur.

L. 98. ff. de Verb. ſignif. Beſold. ad J. P. *W. Diſp.* 2. *th.* 110.

2.) ſi in conventionali retractu vel brevius vel longius tempus ſtatutum eſt, verba enim

juris

juris provincialis, Im Fall nichts inſonderheit abgeredt, §. wir wollen, h. t. in ſpecie ad retractum conventionalem referenda ſunt. 3.) in retractu territoriali communi, ubi menſis tantum conceſſus.

Ord. prov. tit. 16. §. 5. conf. ſupr. not. th. 71.

4.) in retractu rerum hæreditariarum mobilium, à ſuperſtite conjuge uſufructuario alienatarum, cui 14. dierum ſpatium tantum datum eſt.

Jus. prov. part. 4. tit. 5. §. dem Überbliebenen ꝛc.

5.) in retractu annuorum redituum, debitoribus Ducatus ſtatibus provincialibus, civitatibus & univerſitatibus, à Sereniſſimo indulto, cui nullum plane tempus præfinitum eſt.

Land-Tags-Abſchied *de A. 1652. conf. Frommann Delineat. Jur. Retr. Wurtemb. th. 63 & 64.*

§. Auch ſoll ꝛc.

86. Hoc ipſum retractui præfinitum tempus ex primo emtionis per partium conſenſum perfectæ momento currere incipit, ad tempus vero inſinuationis non reſpicitur, nec ille dies, quo contractus, celebratus eſt, in computationem venit, ſed potius cenſetur excluſus; eſt autem tempus iſtud ratione initii utile, nec currit, niſi ſcienti, vel ex denunciatione in os aut domum à venditore, cum omnibus circumſtantiis, aut ex certioratione & de contractu & de pretio, wann ers glaubhafft in Erfahrung gebracht, aliunde facta.

Vid. D. Harppr. Conſ. 41. num. 13. & ſeq.

vel præſumtive, ex publica proclamatione aut proſcriptione, quæ in retractu territoriali omnino facienda.

Plebſt. ad J. P. W. Diſſ. 2. th. 171.

licet

licet autem ignoranti alienationem factam tempus currere non incipiat, incipit tamen à facta alienatione currere tempus longiſſimum 30. annorum.

arg. L. o. C. de præſcr. 30. ann. Frommann. th. 68.

cæterum ſcientia retrahentis non præſumitur, hinc ab adverſa parte probanda eſt.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 107.

ſi quis autem ſciverit rem venditam eſſe, ſed ignoravit eandem cum prædio ſuo eſſe cenſualem, is non admittitur anno elapſo, nec ex capite ignorantiæ in integrum reſtituitur.

D. *Harppr. Conſ. 99. num. 81.*

aliter ſe res habet, ſi emtor per errorem retractum admiſerit, & retrahenti rem venditam tradiderit, talis enim errore probato prædium à retrahente repetere valet.

Vid. D. *Harppr. Conſ. 52.*

87. Et is, qui ob intentatam ineptam actionem à judice repulſus eſt, intra annum denuo ad retrahendum agere, nec exceptio rei judicatæ ei opponi poteſt; pariter, ſi quis retrahat prædium cenſuale, & alter, qui majorem partem poſſidet, intra annum retractus veniat, & retrahentem repellere cupiat, audiendus eſt.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 2. th. 87.

idem dicendum, ſi unus de retractu litem incipiat, & victoriam conſequatur, nam & hanc alter, qui potius jus habet, nondum elapſo anno removere poteſt.

Beſold d. Diſp. th. 88.

§. Welcher nun ꝛc. 88. Qui intra menſis ſpatium retrahit, lucratur fructus illius anni, ſin minus, non obſtante intra annum & diem facta reluitione fructus ad poſſeſſorem pertinent.

Id. d. Diſp. th. 109.

§. Wir ſetzen und ordnen ꝛc. 89. Intra annum & diem autem pretium à retrahente ſolvendum eſt, & quidem integrum, particularis enim ſolutio invito emtori obtrudi nequit, niſi talis in ſpecie conventa ſit inter emtorem & venditorem, tum & hanc accipere tenetur emtor à retrahente. qui tamen ſatisdationem ſolutionis nomine poſcere poteſt, ſi retrahens homo ſit exiguæ fidei.

Bocer, Cl. 3. Diſp. 22. th. 67.

in eadem nummorum qualitate & forma pretium non exigitur, niſi de certa expreſſe actum ſit inter contrahentes.

D. Harppr. Conſ. 40. n. 19. & ſq. & Conſ. 41. num. 26. & ſq.

deponendo autem monetam reprobam vel mox reprobandam. nihil agitur.

Beſold ad J. P. W. Diſſ. 2. th. 111. & 112.

de cætero, licet pretium, quod emtor ſolvit, juſto majus ſit, integrum tamen à retrahente ſolvendum eſt, modo in fraudem retrahentis nihil fiat.

Joh. Harppr. ad §. ult. J. de Emt. Vend. n. 264.
Bocer. Cl. 3. Diſſ. 22. th. 62.

nam ſi emtor & venditor colludant, & de ſimulato pretio conveniant, tunc fraude & ſimulatione detecta verum ſaltem pretium eſt ſolvendum.

D. Harppr. de Venditione gratioſa, th. 71.

inter

interdum etiam juramento purgationis in hoc caſu locus eſt.

Carpz. Ipr. For. P. 2. C. 33. def. 2.

90. Nec pretium tantum refundere tenetur retrahens, ſed & omnia pretii connexa, ſcil. nummos bibales, den Wein- oder Leut-Kauff. d. §. Wir ſetzen ꝛc.

D. *Harppr. d. Conſ. 41. num. 72. & ſeqq.*

auch was ſonſt gebührlich, ſcil. ſecundum æquitatem & rationabilem conſuetudinem, aufgegangen, ſumtus ſcil. factos & tempore contractus, in ipſum contractum, & poſt in prædium; non vero donaria intuitu celebratæ emtionis ab emtore erogata, nec illa, quæ proxenetis ab emtore ſunt præſtita; cautela autem ratione ſumtuum meliorationis eſt, ut retrahere volens denunciet quam primum emtori propoſitum, ne ob id ſumtus faciat.

arg. L. 17. *C. de Rei vind. Beſold* Diſp. 2. *th.* 114.

quanquam denunciatione etiam non facta retrahens in fraudem ipſius impenſas nimis magnas ac oneroſas factas refundere aut offerre non teneatur.

Carpz. Ipr. For. P. 2. *C.* 32. *def.* 7. *num.* 6. *Bocer. Cl.* 3. *Diſp.* 22. *th.* 63. *Frommann d. Tr. th.* 72.

reparationis tamen neceſſitas, denunciatione tali non obſtante, retrahentem ad impenſarum talium reſtitutionem nihilominus obſtringit.

Mev. Part. 3. Dec. 325.

91. Re retracta periculum deteriorationis, amiſſionis vel interitus regulariter ſpectat ad *arg.* §. Hie bey ꝛc.

K 2 retra-

& §. Wañ aber ꝛc. retrahentem, ſicut enim emtione perfecta omne commodum & incommodum ad emtorem ſpectat, ita re retracta idem dicendum de retrahente, qui in omnia emtoris jura ſubintrat, & pleniſſime in illius veſtigia ſuccedit; limitatur tamen hoc notabiliter, niſi emtor in mora fuerit, & retractum inique admittere recuſaverit, ita ut litigare maluerit, & proceſſu; rem committere, tum ſi pendente proceſſu res perierit, periculum eſt emtoris.

D. *Harppr. Conſ. 94. num. 158. & ſqq.*

§. Wo aber ꝛc. 92. Si emtor pretium acceptare recuſat, debet retrahens illud, cum nummis bibalibus, emtori offerre realiter, oblatam pecuniam numerare teſtato, ſcil. coram præfecto, conſulibus & ſcabinis, vel duobus aliis honeſtis viris, numeratam ſacco includere, incluſam mox obſignare, obſignatam apud dictas perſonas deponere, depoſitam in eo ſtatu ad eventum usque litis relinquere, idque omne facere intra tempus retractui præfinitum, & denique etiam intra annum à tempore depoſiti judicialiter convenire poſſeſſorem, quæ omnia & ſingula ad unguem obſervanda ſunt, niſi jure ſuo cadere velit retrahens.

D. Frommann Delineat. *Juris Retr. Wurt. th. 88. & 89.*

93. Sicuti autem defectus in retractu circa oblationem, numerationem, obſignationem & depoſitionem commiſſi intra annum & diem adhuc corrigi poſſunt.

D. Harppr. Reſp. 15. num. 145.

ita retrahens depoſitum pretium, antequam emtor

emtor id recipiat, repetendo, invito etiam emtore pœnitere poteſt.

Bocer Cl. 3. Diſſ. 22. th. 57.

94. Renuntiationes retractuum nec ſcripturam, nec judicialem confirmationem ad ſui eſſentiam & validitatem requirunt, nec quicquam refert, ſive renunciatio juris retractus ante vel poſt celebratam & impletam emtionem ſit facta, cum non ſolum juris quæſiti, verum etiam quærendi renunciatio valida ſit; nec facultas pœnitendi locum habet in tali caſu, cum ex renunciatione jus emtori quæſitum ſit, quod ei invito auferri nequit; pro renunciante autem non habetur, qui oblatam ſibi à venditore rem venditam emere noluit; nec is, qui contractui emtionis venditionis interfuit; tacens enim in ſuum præjudicium pro conſentiente non habetur, & ſatius eſt licitationem alterius expectare, & per annum atque diem deliberare, utrum expediat ſibi retrahere nec ne? §. Als ſich auch ꝛc.

Bocer Cl. 3. Diſſ. 22. th. 53. & 54. D. Frommann d. Tr. th. 100. in fin. add. Carpz. Jur. pr. for. P. 2. C. 32. def. 1.

95. Retrahens in ſuum, non in alterius commodum retrahere debet, hinc ſi emtor forte ſentiat, fraudem vel dolum immiſceri, retrahens jurare tenetur ſe proprio, non alieno nomine retrahere: usque adeo, ut ſi ex poſt facto fraus & calliditas retrahentis detegatur atque probetur, talis mendax & perjurus pro ratione circumſtantiarum puniri poſſit; ſi vero juramentum præſtare recuſet, hoc jus ipſi ceu convicto & confeſſo denegetur. §. Wann jemand ꝛc.

Dn. D. Graſſ, de Ceſſione Juris Retractus, th. 8.

facile autem fraus detegitur, ſi retrahen- ſtatim alii fundum divendat, propterea ſibi conſulunt emtores, ſi proteſtentur fraude poſtea emerſura ſibi jus ſalvum & incolume futurum.

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 2. th. 170.

inde vero, quod quis pecunia mutuo accepta retrahit, non poteſt dici, eum in alienum commodum retrahere, adeo, ut, cum alias non facile permittendum ſit ſubditis mutuam pecuniam accipere ad emenda prædia, id tamen ob cauſam certi retractus fieri debeat.

Ord. prov. tit. 14. §. 1. & 2.

d. §. Wann jemand ꝛc. 96. Ex præmiſſis facile colligitur, quod jus retractus in hoc Ducatu non ſit ceſſibile, & quamvis id in §ˢ ult. h. t. directe non decidatur, ex rubrica tamen & ſubjecto nigro hoc ſatis evidenter per conſequentiam elicitur.

D Frommann de Retractu Wurtemb. th. 63. 64. & 65. vid. Carpz. Jpr. For. P. 2. C. 31. def. 19. add. Dn. D. Graß Diſp. de Ceſſione Juris Retractus, th. 9. & ſq. it. th. 15. & ſeq.

aliud tamen dicendum de retractu gentilitio, qui proximo Conſanguineo, vel hoc conſentiente remotiori valide cedi poteſt.

d. Diſp. th. 21.

item de conventionali, quem cedi poſſe dubium non eſt, ex generalitate

L. fin. C. de heredit. vel act. vend. vid. D. Harppr. Reſp. 4. num. 143. & ſq.

niſi ab ipſis contrahentibus expreſſe conventum fuerit, ut hoc jus alteri cedi non debeat, vel facultas retrahendi ad certam perſonam reſtricta ſit.

d. Diſp. th. 22. & ſeqq.

97. Cum

97. Cum obligatio ex jure retractus magis in rem, quam in perſonam concepta; ipſaque res retractus qualitate affecta ſit, ſequitur, quod actio inde nata non ſolum adverſus primum emtorem, ſed etiam, ſi iſte rem retractui obnoxiam rurſus alienaverit, ſecundum naturam actionum in rem ſcriptarum, contra ſecundum, tertium &c. emtorem vel poſſeſſorem inſtitui poſſit, modo id fiat intra tempus à lege præfinitum.

D. Frommann, d. tr. th. 62. & 88.

98. Prima cauſa, ob quam conductor etiam ante tempus poteſt expelli, eſt, ſi mercedem non ſolvat, nec ſolvere velit; limitatur tamen hoc 1.) ſi conductor juſtam habeat cauſam mercedem retinendi. 2.) ſi ob impoſſibilitatem eam non ſolvat, 3.) ſi maximam ejus partem jam ſolvit. *Tit. 17. De locatione conductione.* §. So begibt ſich ꝛc.

Mev. P. 4. Dec. 197. & 198. Andreas Wegen, Tr. de Locat. Conduct. Cap. 12. num. 34.

ſecunda cauſa eſt, ſi conductor, inquilinus vel colonus in re conducta male verſatur, vel naturaliter, ipſam ſcil. rem locatam notabiliter deteriorando, vel moraliter, illa contra bonos mores abutendo, v. g. meretrices, lenones, fures & ſimiles recipiendo, vel aliud turpe & indecens in ea exercendo; & ſi una re locata male utatur, etiam tota poteſt expelli.

Andr. Wegen, d. Cap. 12. num. 57.

tertia eſt, ſuperveniens locatoris indigentia, quæ efficit, ut non ſolum ex ædibus, ſed etiam ex alia re conducta expelli poſſit ante tempus conductionis.

Carpz. Jpr. For. P. 2. C. 37. def. 6. n. 11.

ita v. g. Colonum partiarium ob propriam indigentiam locator expellere poteſt.

D. Frommann Diſp. de Colono partiario, th. pen.

ſi vero domus tam ampla ſit, ut locatori atque conductori ſufficere poſſit, conductor nihiloſecius poterit expelli, quia dominus non tenetur ſtare in communi habitatione.

Mev. Part. 5. Dec. 127.

quarta cauſa eſt, ſuperveniens neceſſitas rem locatam reficiendi, modo id aliter commode fieri non poſſit, quam conductore expulſo.

L. 3. C. *de locat. & cond.*

cæterum ſi refectio ædium etiam inhabitante inquilino fieri poſſit, tunc ipſe, ſicut jure non expellitur, ita etiam integram mercedem ſolvere tenetur, etiamſi refectio cum modico ejus incommodo fiat.

L. 27. ff. locati cond.

finita autem refectione inquilinus jure petit, ut ipſi res conducta reſtituatur, & usque ad finem conductionis relinquatur.

Lauterb. Tr. ſyn. Loc. *Cond.* §. 1. *num.* 17. & *ſq.* Dn. *Coccej.* Diſp. *de Clauſula, rebus ſic ſtantibus, Cap. 6.* §. 3. & *ſq. Id. in Diſp. de Jure nocendi aliis, Cap. 3.* §. 8.

& hiſce in caſibus merces tantum pro rata temporis ſolvitur, excepto caſu ſecundo, quo integra à conductore expulſo exigi poteſt; id quod tamen ſublimitatur, ſi locator eandem rem alteri locavit, vel commode locare potuit, aut ipſemet illa re uſus ſit.

Barboſa ad L. 3. C. *b. t. num.* 34.

99. Sunt

99. Sunt porro juſtæ cauſæ, ob quas etiam conductori ante tempus migrare licet, ut, ſi ruinæ periculum metuat, ſi lumina ædium conductarum vicino ædificante obſcurentur, aut oſtia ſive feneſtræ nimium corruptæ non reſtituantur, item ſpectra, vel alia juſta timoris cauſa, licet periculum vere non ſubſit; quotiescunque enim domus locatæ uſus non ſecurus & commodus inquilino præſtatur, ſic ut non ſine magno ſuo incommodo in ea morari poſſit, & illius locator ad plenarium ejus uſum neceſſario reparanda non reficit, facultas ante tempus conventum ex domo migrandi locum ſortitur. §. Hingegen ꝛc.

L. 15. §. 1. L. 25. §. 2. L. 27. *pr. & §. 1. ff. b. t.* D. *Harppr. Conſult. 87. num. 17.*

& ſi culpa locatoris ejusmodi cauſæ eveniant, locator conductori tenetur etiam ad id, quod intereſt; ſi vero caſu, operantur ſaltem remiſſionem locarii vel totalem vel partialem.

L. 30. pr. ff. d. t. Coccej. d. Diſp. de Jure nocendi aliis Cap. 3. §. 9.

100. Conductorem quoque expellere poteſt emtor rei locatæ, ſecundum vulgatum: **Kauff geht vor Mieth**; ſucceſſores enim ſingulares locationi ab anteceſſoribus contractæ ſtare non tenentur. §. So dann ꝛc.

L. 25. §. 1. ff. b. t. L. *9. C. eod. conf. Boden de expell. conduct. th. 14.*

locator autem, ſi hoc in caſu nihil ſpecialiter ſit conventum, tenetur ad intereſſe; ſi tamen res locata in ſucceſſorem translata ſit ex neceſſitate juris, v. g. res uſufructuaria uſufructu finito redeat ad proprietarium, tum locator fu-

turi tantum temporis mercedem remittere, non autem intereſſe præſtare tenetur, niſi ipſe qualitatem rei celaverit, & ſic conductorem deceperit.

vid. Lauterb. Diſp. de Jure 'Αντιχρήσεως, th. 39. add. Mev. P. 7. Dec. 90. Knipſchild, de Fideicommiß. famil. Cap. 11. num. 143.

§. Wann gedingte ꝛc. 101. Famuli & ancillæ non præciſe ad operas per tempus conventum præſtandas compelli poſſunt, ſed vel ad illas, vel ad id, quod intereſt, condemnari debent, cum ad faciendum nemo præciſe ſit compellendus, ſed talis, qui ad factum obligatur, præſtando intereſſe liberetur.

L. 13. in fin. ff. de re judic. D. Harppr. Differ. J. civ. & March-Bad. th. 11. D. Bardili Diſp. de Faciendi Obligat. th. 113.

intrat enim in hoc caſu obligatio ad intereſſe in locum illius obligationis faciendi per novationem quandam legalem, quæ tacite legum poteſtate à tempore moræ inducitur.

D. Bardili d. Diſp. th. 70. conf. Diſp. Domini Thomaſii, An promiſſor facti liberetur præſtando intereſſe? ubi contrariam ſententiam tuetur, & præſtationem facti loco intereſſe non in arbitrio promittentis poſitam, ſed in favorem actoris inventam eſſe docet. add. §. mox ſubſeq. 102.

ſi vero dominus tales ante tempus ſine juſta cauſa diſcedentes dimittere velit, mercedem poſcere nequeunt, & pœna inſuper à magiſtratu affici debent.

vid. Ord. prov. tit. 49. §. 1. & 3. ibique not. à Beſoldo, pag. 180. th. 6. add. D. Harppr. Differ.

ſer. J. Civ. & Wurt. th. 11. Bardili d. Diſſ. th. 108.

nec tamen famuli & ancillæ ſine juſta cauſa à domino ante tempus conventum expelli poſſunt; alias integra merces ipſis exolvenda eſt. §. Hingegen ꝛc.

D. *Bardili d. Diſp. th.* 137.

102. Si conductor operis ſive redemtor opus faciendum intra certum tempus conduxit, & hoc non abſolvit, aut ſi ſua negligentia tempus labitur, ut perfici amplius intra tempus conventum nequeat, tenetur locatori ad omne intereſſe; & in obligationibus quidem faciendi reipſa tantum temporis, intra quod factum promiſſum præſtari poteſt, tacite ineſt, licet verbis id non fuerit expreſſum, quo elapſo factum in obligatione eſſe deſinit, & incipit deberi præſtatio ejus, quod intereſt, ut adeo obligatio hæc ad intereſſe non ſit ſimultanea & coæva obligationi ad factum, nec alternativa, ſed ſucceſſiva & eidem ſubordinata in caſum facti debito tempore non præſtiti. §. Wann auch ꝛc.

L. 72. *ff. de Verb. oblig.* L. 13. *in fin. ff. de re judic.* D. *Kurrer Diſp. de obligat. alternativa th.* 11. D. *Bardili de obligat. faciendi, th.* 92.

103. Si plures ſimul opus faciendum conduxerunt, ſinguli in ſolidum ſunt obligati & correi conſtituti; aliter ſe res habet, quando plures ſimpliciter, vel pro partibus opus faciendum conduxerunt, tum enim quilibet ſaltem pro parte ſua conveniri poteſt. §. Begebe ſich ꝛc.

D. *Frommann* Diſp. *de Obligatione correali, th. 6. pag. 13. Bardili de Obligat. fac. th.* 123.

104. Do-

Tit. 18. De donatione inter vivos.

§. Welcher ꝛc.

§. Und mögen ꝛc.

104. Donatio eſt pactum legitimum, pactum autem eſt duorum pluriumve in idem placitum conſenſus, hinc non ſufficit ex una parte donatio, ſed requiritur etiam ex altera parte acceptatio; inde ſi per epiſtolam vel nuncium facta ſit, ante epiſtolam inſinuatam vel nunciationem factam donatario nullum jus quæſitum eſt, ſed à donatore pro lubitu revocari poteſt donatio.

Lauterb. Diſp. de Nuncio, th. 65.

& ſi abſens donatarius ex relatione alterius, cui hoc à donatore commiſſum non fuit, rei donatæ poſſeſſionem apprehendat, non tamen eo ipſo donatio effectum & vires capit; imo ſi acceptatio donatore vivo facta non ſit, donatio penitus evaneſcit.

D. *Harppr. Conſult. 25. num. 381. & ſeqq.*

§. Wann einer ꝛc.

§. Wann aber ꝛc.

105. Donatio rei mobilis, ſi 200. florenos excedit, non quidem cauſæ cognitione, ſed tamen inſinuatione opus habet, alias invalida eſt, quoad ſummam ſcil. excedentem, cum utile per inutile non debeat vitiari.

Dn. D. Graß de Traditione relictorum in ult. voluntate à vivo teſtatore perſonæ honoratæ facta, th. 8.

ſi diverſis temporibus diverſæ ſummæ donatæ, quarum ſingulæ non excedunt ſummam 200. florenorum, ſed univerſæ, inſinuatione non egent; ſi vero res immobilis fuerit donata, tunc ſine ullo reſpectu quantitatis aut æſtimationis donatio actis publicis eſt inſinuanda, & quidem coram judice competente, ſub quo bona ſita ſunt, intereſt enim magiſtratuum ſcire, in quem bona immobilia transferantur, ob colle-

lecta-

lectarum aliorumque munerum publicorum exactionem,

D. *Harppr. Diſſer. Jur. civ. & Wurtemb. th.* 13. & 14.

nec die feriato inſinuatio fieri poteſt, quia requiritur ut fiat coram, tribunali, vor geſeſſenem Gericht.

vid. Lauterb. *Diſp. de Voluntar.* Juriſd. *th.* 52.
D. Harppr. Diſſ. de Teſtamento judiciali, th. 4.

106 Donatio ob inſinuationis omiſſionem invalida & nulla per mortem donatoris non confirmatur, & contradicentibus illius hæredibus poſt mortem donatoris fruſtra inſinuatur à donatario, ſicque iſte defectus donatore defuncto demum corrigi & hæredibus illius invitis ſuppleri nequit, adeoque ab hæredibus non minus, quam ab ipſo donatore vel donatrice opponi poteſt,

D. *Harppr. Reſp.* 12. *num.* 166. & *ſeq. vid. tn. Beſoldus ad* J. P. W. *Diſp.* 2. *th.* 128.

107. Illi caſus, quibus de jure communi donatio ſine judice fieri poteſt, Jure provinc. Wurtemb. non ſunt ſublati, v g. pro redemtione captivorum, donatio Principis privato facta & v. v. donatio a magiſtro militum militibus facta, donatio propter nuptias. §. Doch ſollen ꝛc.

L. 36. *pr.* & §. 1. *C. de donat. auth. item à privatis. C. eod. Auth. eo decurſum. C. de donat. ante nupt.*

ab inſinuationis tamen neceſſitate non excipitur pia cauſa, nec is, qui donandi animo remiſit.

Plebſt ad J. P. W. *Diſp.* 2. *th.* 198.

Digitized by Google

§. Da aber rc. 108. De jure civili donatio omnium bonorum tam præſentium quam futurorum valida eſt.

L. 35 §. 4. & ult. C. de donat. L. *8. C. de revocand. donat.*

teſtandi enim facultas, tali donatione facta, impeditur magis, quam aufertur, modo nemo adſit, cui præjudicium in legitima contingat.

vid. Dn. *Stryck. Tr. de Succ. ab int.* Diſſ. *8. Cap. 12. §. 30.*

contraria tamen ſententia uti in praxi recepta,

Carpz. Ipr. For. P. *2. C. 12. def. 26.*

ita quoque jure provinciali Wurtemb. approbata eſt.

D. *Harppr. Differ. March. th. 39.* *Dn.* D. *Graß Diſp. de Traditione relictorum in ult. vol. à vivo teſtatore facta, th. 10.*

§. Es mögen rc. 109. Donatio à patre in filiumfam. collata regulariter eſt invalida.

L. 11. L. *17. C. de* D*onat.*

obſtat enim unitas perſonarum, & exinde fluens impoſſibilitas juris, quod nemo ſibi ipſi donare poſſit, cum inter dantem & accipientem differentia eſſe debeat.

§. 4. & 12. J. de inutil. ſtipulat. L. *fin. C. de impub. ſubſtitut.* L. *2. ff. de contrab. emt.* L. *25. C. de donat.*

& cum omne, quod acquirit filiusfam. ſuo patri acquirat, ſequitur, quod etiam donatio eodem momento, quo in filium transfertur, ad patrem revertatur.

L. *1. ff. ſi à par. quis manumitt.* L. *79. ff. de Acqu. & amitt. hæredit.*

hinc

hinc eſt, quod in dubio inter patrem & liberos donatio non præſumatur, vel, ſi facta ſit, pro lubitu revocetur.

vid. D. Harppr. Diſſ. de Diviſione bonorum inter liberos à parente adhuc in vivis facta, part. 2. §. 27 & 48. pag. 44. Ejusd. Conſult. 91. num. 77. & ſeqq. add. infr. not. ad Part. 2. §. 132.

ſubſiſtit tamen inter parentes & liberos donatio remuneratoria, itemque ſi donatio juramento confirmetur.

Dn. Stryck de Cautelis Contract. ſect. 3. Cap. 8. §. 3. plures exceptiones à regula, vid. in d. Diſs. de Divis. bon. int. lib. §. 51. & ſq.

110. Tacite emancipati & e patria poteſtate dimiſſi cenſentur liberi, ſi permittente patre ſeparatam œconomiam inſtituant, nimirum ſi filius vel filia à familia paterna totaliter diſcedant, ſive animum in paterna familia manendi omnino deponant, & hoc animo exeant, ut ceu membra familiæ ſui patris ad illam porro reverti nolint. §. Es mögen ꝛc.

D. Harppr. Diſp. de Separatione ab Oeconomia paterna, th. 22. & 27.

ſicut autem ſolum matrimonium de jure Wurtemb. non liberat à patria poteſtate, nec ſola majorennitas, ſed utrobique actuali ſeparatione opus eſt.

d. Diſp. th. 24.

ita è contrario minorennitas non impedit, quo minus quis ſui juris fieri, & à familia paterna ſecedere poſſit.

d. Diſp. th. 20. pag. 21. & 23.

poſt tacitam itaque ejusmodi emancipationem à patre facta donatio ſine juſta cauſa revocari nequit;

nequit, an vero ante emancipationem, vel inter emancipandum facta donatio à patre revocari poſſit de jure Wurtemb. & nulla hoc in caſu differentia ſit à Jure communi ſtatuenda? de eo vid.

D. *Harppr. Contin. Differ. J. C. & W. th. 18.*

§. Da aber ꝛc. 111. De jure Juſtinianeo liberi ſive ſui ſive emancipati donata à patre conferre tenentur, niſi aliam legem pater donationi dixerit.

vid. Dn. Stryck. Tr. de Succ. ab inteſt. Diſſ. 11. Cap. 4. §. 14.

de jure vero Wurtemb. uti donatio emancipato, ita etiam filio ſuo facta non confertur, ſi pater vivus eam non revocaverit, cum per mortem patris convaleſcat.

arg. L. 25. C. de Donat. inter vir. & Ux.

modo non ſit inofficioſa, & reliqui liberi ſalvam habeant legitimam.

Plebſt Diſſ. 2. ad J. P. W. th. 215.

§. Jedoch ꝛc. 112. Inſinuatio etiam in donationibus propinquorum requiritur, leges enim generaliter loquuntur, & ratio requirens inſinuationem, ſcil. ut nimis effuſæ donationes refrænentur, & ut fraudibus occurratur, etiam in conjunctis, & magis, quam in aliis locum habet, cum tales perſonæ conjunctæ & domeſticæ facilius quid fingere & falſa inſtrumenta ſupponere poſſint, quam extraneæ; hinc etiam huic ſolennitati renunciari nequit, & per mortem donantis v. g. patris corroborantur quidem ejusmodi donationes, at non quoad immobilia, aut quoad exceſſum ſummæ legalis, ſed tantum quoad mobilia & ratione illius ſummæ, quam absque

abſque judiciali inſinuatione donare permiſſum eſt.

Brunnem. ad L. 25. & 27. *C. de Donat. D. Harppr. Reſp.* 12. *num.* 144. & *ſequ.*

113. Ob quam cauſam quis injuriarum conveniri, ob eam etiam donatione privari poteſt, inde ſequitur, quod is, qui crimen contra donatorem legitimo modo manifeſtavit vel denunciavit; item, qui crimen aliquod excipiendo in judicio objecit, etſi non probaverit; vel in cauſa criminali teſtimonium contra donatorem perhibuit; vel tanquam advocatus aut judex in tali cauſa contra eum egit vel judicavit, cum injuriarum non teneatur, nec donatione in his caſibus ſit privandus. §. Wie und aus was Urſachen ꝛc.

D. Kurrer Diſſ. de Revocatione donationis ob ingratitudinem, *th.* 9. & *ſequ.*

114. Quamvis actio revocatoria ob ingratitudinem ſit de genere illarum actionum, quæ meram ſpirant vindictam, quæ nec active nec paſſive tranſeunt in hæredes, niſi lis fuerit à defuncto conteſtata, §. Oder das ꝛc.

L*auterb. Diſſ. de Injuriis*, *th.* 32. D. *Kurrer d. Diſſ. th.* 38. & *ſequ.*

in eo tamen caſu, quando donatarius conditionem, ſub qua donatio facta, poſt mortem donatoris implere recuſat, hæredes donatoris ad revocandam donationem agere poſſunt, quia hæc actio non tendit ad vindictam, quam mortuus remiſiſſe cenſetur, ſed ad pactum implendum.

Hoppius ad §. 2. *J. de* Donat. *Brunnem. ad L. ult. C. de revocand. donat, num.* 9. & *ſq.*

§. So auch ꝛc. 115 Ob ſupervenientiam liberorum revocatur donatio, quia nemo præſumitur extraneum proprio ſanguini præferre voluiſſe.

L. 6. C. *de inſtit. & ſubſtit.* L. 3. C. *de fideic.*

quod intelligendum, ſi quis omnia bona, vel magnam bonorum partem, tunc, cum liberos nondum haberet, donaverit, & poſtmodum ipſi naſcantur liberi; quodſi enim tempore donationis jam habuerit liberos, & poſtea alios ſuſceperit, non revocatur donatio, niſi quatenus eſt inofficioſa.

Brunnem. ad L. 8. C. de revoc. don. n. 6.

nec de jure provinciali renunciari poteſt huic revocationi, ipſa enim lex revocat talem donationem, & invalidam atque irritam pronunciat in favorem liberorum, hinc dominium rerum ita donatarum ſupervenientibus liberis, etiam tum, cum unicus naſcitur filius, ipſo jure redit ad donantem.

D. Harppr. Differ. J. Civ. & March-Bad. th. 38.

ſi vivo donatore liberi iterum deceſſerint, non convaleſcit donatio, niſi de contraria voluntate donatoris conſtet, v. g. ſi donator donatarium poſt mortem liberorum re donata uti frui patiatur.

D. Bardili Concl. for. Exercit. 15. Concl. 9.

Tit. 19. de Donatione m. c. 116. Mortis cauſa donatio eſt donatio conſentienti in caſum mortis donatoris legitime facta; acceptatio ergo donatarii requiritur, quamvis præſentia ejus præciſe non ſit neceſſaria.

§. Es begibt ſich ꝛc.

L. 6. C. *de Donat.*

cum

cum abſens quoque per epiſtolam, nuncium vel procuratorem, m. c. donationem acceptare & conſenſum ſuum declarare poſſit; cæterum ſi donatarius nec ipſe nec per alium m. c. oblationem ſibi factam acceptavit, tum quamvis tanquam mortis cauſa donatio valere non poſſit, ſi tamen 5. teſtes præſentes fuerint, ſuſtinetur illa donatoris voluntas jure fideicommiſſi.

arg. L. 75. L. 77. §. 26. ff. de legat. 2.

modo donator ille teſtamenti faciendi jus habuerit, quomodo autem fiat m. c. donatio vel per conventionem, vel per rei traditionem, idque ut vel ſtatim, vel non ſtatim accipientis fiat, item vel extra periculum, vel ob certum præſens & imminens periculum,

Vid. L. 2. 3. *& ſeq.* L. 31. §. 2. *in fin. L. 35. §. 4. ff. de m. c. donat.* Lauterb. *Diſp. de Mortis cauſa donat. th. 3. & 4.*

117. Quicunque teſtamenti faciendi jus habet, ille multo magis m. c. donare poteſt,

L. 32. §. 8. *ff. de donat. int. vir. & ux.*

modo de jure provinciali Wurtemb. annum ætatis 17. attigerit, licet liberam bonorum adminiſtrationem non habeat, ità v. g. minor, fœmina m. c. donare poſſunt, etiam ſine curatore, modo dominium actualiter non transferant; non tamen procedit argumentum negative à teſtamenti factione ad m. c. donandi facultatem, nam filius-fam. licet teſtamenti factionem non habeat, mortis tamen cauſa donare non prohibetur.

L. 25. §. 1. *ff. de m. c. donat.*

ſcil. res caſtrenſes & quaſi caſtrenſes, & quæ ad peculium adventitium irregulare ſpectant, non vero res profectitias & quæ ad peculium adventitium regulare pertinent, niſi conſentiente patre.

D. *Bardili Exercit. ad* Pand. 15. *Concl.* 15.

refertur enim m. c. donatio ratione cauſæ efficientis ad contractus & negotia inter vivos, licet ratione effectus æquiparetur ultimis voluntatibus.

Lauterb. d. Diſp. *th.* 17. *& ſq. junct. th.* 27.

hinc inter conjuges quoque facta m. c. donatio valet.

L. 27. 40. 43. *ff. de m. c. donat.*

per procuratorem autem fieri nequit, niſi ad hoc ipſum procurator coram 5. teſtibus fuerit conſtitutus.

Bardili Exerc. 15. *Concl.* 13.

118. Præſentia quippe 5. teſtium, licet ſpecialiter non ſint rogati, & actus continuitas, uti in aliis minus ſolennibus ultimis voluntatibus,

L. *fin. C. de Codicill.*

neceſſaria eſt, non tantum ſi donatio illa 500. ſolidos, de Jure Wurtemb. 200. florenos, excedat, ſed & ſi minorem ſummam contineat, ita ut ſi unus ex illis teſtibus deſit, m. c. donatio ſit ipſo jure nulla,

arg. L. 12. *C. de Teſtam.*

nec juramento donatoris ſuppleri poſſit talis defectus.

D. *Bardili d. Exerc.* 15. *Concl.* 12.

excipitur donatio facta à milite, à patre in li-

beros, item donatio ad pias cauſs, & peſtis tempore facta, in quibus caſibus etiam minor teſtium numerus ſufficit. II. 10.

D. *Harppr. Contin. Differ. Jur. Civ. & Wurt. th.* 19.

præterea ſi donator coram Principe vel apud acta ſuam declaraverit voluntatem, valida eſt m. c. donatio, licet alii teſtes non intervenerint.

L. *19. C. de Teſtam.*

adhibitis autem 5. teſtibus judicialis inſinuatio non eſt neceſſaria, cujuscunque ſit ſummæ vel quantitatis donatio.

Lauterb. Diſp. de m. c. donat. th. 6. Dn. D. Graß de Tradit. relictor. in U. V. à vivo teſtatore facta, th. 8.

119 Quodcunque juris eſt in legatis, id regulariter etiam in mort. cauſa donatione obtinet. §. Welcher 2c.

L. *37. ff. de m. c. donat.*

hinc non ſecus ac legatum liberrime revocari poteſt; differt tamen in nonnullis etiam à legato, v. g. ad legata ſufficit ſola teſtatoris voluntas, in m. c. donatione utriusque & donantis & donatarii conſenſus requiritur; filiusfam. poteſt m. c. donare, non vero legata relinquere; legatum pendet ex hæreditatis aditione, donatio mortis cauſa ſubſiſtit, etiamſi hæreditas non fuerit adita; legatum ſola reconvaleſcentia vel liberatione à periculo non reſolvitur, quod tamen ſæpe accidit in mort. cauſ. donatione.

Lauterb. d. Diſp. th. 39. & 40. Dn. Cocej. Diſp. de Teſtamentis Principum, Part. 1. §. 10. & 11.

Tit. 20. de Contract. innominat.

120. Contractus innominati omnes ſunt reales, h. e. ad illorum perfectionem requiritur, ut ex una parte interveniat actualis præſtatio, rei ſcil. datio vel factum.

L. 1. §. 2. ff. L. 3. C. *de permutat.*

§. Und ſo offt ꝛc.

porro facultas pœnitendi locum habet in contractibus innominatis, quamdiu enim alter ex ſua parte non implevit contractum, tam diu is, qui dedit, non qui fecit, factum enim infectum fieri nequit, pœnitere & rem datam condicere, vel præſcriptis verbis ad implendum contractum agere poteſt.

§. ſo aber ꝛc tit. ſequ.

vid. Dn. Cocceji Diſſ. de jure pœnitendi in contractibus, ſect. 4. §. 1. & ſeqq.

dans quippe in contractu permutationis, vel ſimili, neutiquam obligatus eſt, dando enim non ſe alteri, ſed alterum ſibi obligavit, hinc is omni modo rem datam condicere & pœnitere poteſt, quia non eſt tale ſynallagma, vel factum tale, quo accipientis jus integrum eſſe deſiit, illi enim nihil deeſt, ſed danti, nec minus ille, ſed plus ſuo habet, & accipiendo ſe danti, non dantem ſibi obligavit.

d. Diſſ. ſect. 4. §. 3.

Tit. 21. De permutatione.

121. Solus ergo conſenſus de rebus permutandis non facit contractum permutationis, ſed tantum placitum ſive pactum de permutatione contrahenda, quod actionem non parit.

§. Wann einer ꝛc.

L. 7. §. 2. & 4. *ff. de pact. L. 3. C. de permut.*

unde etiam uterque impune ab hoc pacto recedere poteſt.

Dn. D. *Graß* Diſſ. *de pacto futuri contractus præparatorio, §. 27.*

&

& quamvis hodie etiam ex pacto nudo actio competat,

vid. Jus Prov. P. 2. Tit. 23. §. Welcher ꝛc.

fallit tamen hoc in pactis de futuro contractu nominato, vel innominato, ineundo, itemque in pactis futuri contractus præparatoriis, ſive meris tractatibus, ut vocant, ubi negotium adhuc imperfectum, nihilque juris in alterum translatum, quod nec hodierno jure mutatum eſt.

Lauterb. Tract. Synopt. de Rer. permutat. §. 3. num. 3. Dn. Coccej. Diſs. de Jure pœnitendi in contract. Sect. 4. §. 10. Id. in Diſſ. de Jure circa actus imperfectos, Sect. 3. §. 3. & ſq. Id in Diſſ. de Uſu & Differentia hod. pact. & ſtipulat. Sect. 1. & ſq. add. Dn. Bœhmeri Jus Eccl. Lib. 1. tit. 35. §. 2. & 3.

niſi juri pœnitendi expreſſe renunciatum, vel tranſactum, vel ejusmodi pactis ſtipulatio, vel alia abſoluta, omnisque pœnitentiæ excluſiva conventio, v. g. jurata promiſſio acceſſerit.

L. *39.* C. *de Transact. Dn.* D. *Graſ d. Diſſ. de pactis fut. contr. præpar. th. 33. pag. 57. Id. in Collat. artic. de ut des & Contract. Emt. vendit. th. 10. add. Dn. Stryck de Cautelis Contract. Sect. 3. Cap. 5. §. 2.*

ſtipulatio autem pœnalis pacto vel contractui innominato adjecta non excludit pœnitentiam, ſed potius ſalvam relinquit, ita tamen, ut pœnitens pœnam promiſſam ſolvere cogatur.

L. *68. ff. de Verb. oblig. Lauterb.* Diſp. *de pœna conventionali, th.* 43. *& 67.*

niſi aliud inter partes expreſſe fuerit actum.

d. Diſp. th. 66.

Tit. 22. De Transact.

122 Quamvis transactiones, Die gütliche Verträg ꝛc. in Jure provinciali, part. 2. tit. 20. pr. etiam contractibus innominatis annumerentur, proprie tamen loquendo, transactio non eſt conventio ſive pactum ſed actus ſive negotium, quod per conventionem demum perficitur; conventio vero illa eſt vel pactum, vel contractus nominatus, ut ſtipulatio, vel innominatus, aliud eſt itaque modus transigendi, aliud ipſa transactio. Transactio autem exigit rem dubiam, hinc ſuper re clara & liquida inita, quæ nullam probabilem difficultatem habuit, vel quæ inſpectis libris vel literis publicis facile decidi poterat, ipſo jure nulla eſt.

L. 1. ff L. 12. 29. 32. C. *de Transactionibus.* *D. Harppr. Conſ. 30. num. 382. & ſeqq. it. Conſ. 81. n. 118. & ſeqq.*

item pactionem requirit non gratuitam, dato aliquo, retento vel promiſſo;

L. 38. *C. h. t.*

hinc ubi nihil adverſario fuit datum, vel eidem promiſſum, aut ab illo retentum, actio pariter usque adeo nulla eſt, ut illa ne quidem in vim pacti ſubſiſtat.

D. Harppr. d. Conſ. 30. num. 410.

§. Doch ſollen ꝛc.

123. Transactio licet generalis ſit quoad verba, ad litem tamen præſentem reſtringenda eſt, v. g. ſi egi de fundo & transegi, promiſerimque me nihil amplius petiturum, ſubintelligitur tamen clauſula: eo nomine vel cauſa; & alias res petere non prohibeor, trans-

transactio enim relationem habet ad litem, quæ per transactionem deciditur.

L. 31. C. *de Tranſact. ibique Brunnem.* D. *Harppr.* Conſ. 81. *num.* 95. & Reſp. 29. *num.* 144. & *ſq.*

124. Ob evictionem non datur reſciſſio transactionis, ſed actio præſcriptis verbis, ut is, qui dedit ex transactione, rem eam præſtet liberam; ſed ſi tranſigendo non dederim, ſed rem penes alterum pacis cauſa reliquerim, de evictione non teneor. §. Und da ꝛc.

L. 33. *C. de Transact. ibique Br. n.* 2. & 3.

125. Remedium L. 2. C. de Reſc. Vend. jure communi in transactione non locum habet. §. Welcher ꝛc.

Dn. Coccej. Diſſ. *de Rem. L.* 2. *C. de Reſc. Vendit. th.* 16.

quod inprimis de transactione judiciali latiſſime firmat.

D. Harppr. in Diſſ. de Tranſact. judic. th. 32. *ſeq.*

contrarium tamen in hoc Ducatu obſervatur, ubi transactio ob læſionem ultra dimidium reſcinditur, quamvis in reliquis negotiis jure provinciali læſio ultra tertiam veri pretii partem ſufficiat, cum iniquitatem ſapere videatur, ſi in transactione nulla læſionis, quæ ſufficienter probari poſſit, habenda foret ratio.

D. Harppr. Differ. *J. Civ.* & *March- Bad. th.* 33.

125. Licitæ ſunt ſponſiones, quibus de veritate vel eventu alicujus rei contendentes aliquid ponunt vel promittunt, ut victori cedat, modo ſint honeſtæ, dolus abſit, nec Tit. 24. Vom Wetten ꝛc. §. Wann ꝛc.

 ſint

ſint immodicæ, nec alter ſpondentium noverit eventum, dum ſpondet.

vid. Ord. prov. tit. 98. §. 5. D. Harppr. Diſſer. March. th. 34. Lauterb. de Jure in Curia mercat. uſit. th. 89.

Tit. 27. Von Contracten der Minderjährigen. §. Wir ſetzen ꝛc.

126. Diverſa ſunt, adminiſtrationem bonorum, & veniam ætatis habere; hanc Princeps indulget, illam Magiſtratus concedit, iſtamque & illi, qui conjugium inivere, etiam ante 20. ætatis annum, conſequuntur; porro, qui veniam ætatis habet, non ſolum quoad bonorum adminiſtrationem, ſed & quoad negotia judicialia pro majore habetur, qui vero adminiſtrationem bonorum vel à magiſtratu, vel per conjugium adeptus eſt, licet major viginti annis, legitimam tamen ſtandi in judicio perſonam absque curatore ad litem non habet.

vid. Jus provinc. part. 1. tit. 18. §. Item die Minderjährige ꝛc. *ibi:* ſie ſeyen verheurathet oder nicht.

hinc eſt, quod hiſce adverſarii dolo vel ſua facilitate læſis beneficium reſtitutionis in integrum haud denegetur, contra quam juris eſt in illis, qui veniam ætatis impetraverunt.

L. 1. C. de his, qui ven. æt. Lauterb. exercit. 12. Concl. 6. D. Harppr. Differ. J. Civ. & Prov. Wurtemb. th. 15.

ad litem tamen alienam in judicio tractandam minor, qui veniam ætatis impetravit, non admittitur, & ſic idoneus procurator ad litem nec hoc in caſu intelligitur.

Nicolai de Proceſſu Jud. Lib. 1. cap. 7. n. 4.

d. §. Wir ſetzen ꝛc.

127. Impetratio adminiſtrationis bonorum effectum tantum ſortitur in mobilibus, quæ ſervan-

vando ſervari nequeunt, immobilia autem, & quæ his æquiparantur, alienare non licet, ſicut nec aliud jus in re conſtituere, absque cauſæ cognitione & judiciali decreto, cum talia nec is poſſit, qui veniam ætatis impetravit.

L. 3. *C. de his qui ven. ætat.*

niſi Princeps, qui veniam ætatis indulſit, alienationem immobilium expreſſe permiſerit, aut alienatio ſit neceſſaria, v. g. ſi fundus ex patris conventione ſit retrovendendus.

L. 1. & 2. *C. quando decr. non eſt op. Brunnem. ad* L. 3. *C. de his qui ven. æt.*

Novo Jure minorennibus adminiſtratio bonorum à Magiſtratu inferiore amplius concedi nequit, ſed ea pariter à Principe, porrecto libello ſupplice, impetranda eſt.

per Reſcriptum Ducale *Noviſſ. d. d.* 5. Jul. 1732.

128. Diſpoſitio juris provincialis, quod filiifam. ſine patris voluntate & conſenſu nihil donare vel alienare poſſint, daß ſie nichts hingeben, ſchencken oder verändern mögen, interpretationem recipit ex jure communi, & limitanda eſt in caſtrenſibus & qs. caſtrenſibus, item in bonis peculii adventitii irregularis.

Tit. 28. Von *Contracten* der Kinder.

§. Wir] wollen ꝛc.

L. 1. §. *fin.* L. 2. *ff. ad SC. Maced. Nov.* 117. *c.* 1. *Lauterb. Diſſ. de Tacito pacto remiſſor. ex reddit. chirogr. præſumto, th.* 50.

129. De jure civili verba SCti Maced. de filio-famil. tantum concepta ſunt, quamvis ex mente & ſententia legis illud etiam ad filias porrigatur.

§. Ferner ꝛc.

arg. L. 195. *pr.* & L. 201. *ff. de Verb. ſign.*

Jus

Jus vero provinciale Wurt. extenſionem ad filias familias expreſſe facit.

D. *Frommann Diſp. de Sto Macedon. th.* 11.

Jure Civili extra pecuniam non locum habet SCtum, niſi aliæ merces dentur, ut iis diſtractis pecunia habeatur mutua;

L. 3. §. 3. *ff. ad SC. Maced.*

Jure Wurtemb. autem indiſtincte ad vinum, frumentum aliaque mutuo data, vel ſub fide habita vendita extenditur.

vid. d. §. Ferner ꝛc.

§. *d.* Ferner ꝛc. 130. Jure civili exceptio hujus SCti locum habet, ſive pecunia credita conſumta ſit, ſive in peculio adhuc extet.

L. 9. §. 2. *ff. ad SC. Maced.*

Jure vero provinciali, ſi filius pecuniam acceptam utiliter conſumſit, vel locupletior inde factus eſt, creditori actio non denegatur.

D. *Frommann d. Diſp. th.* 24.

§. Wo auch ꝛc. 131. Moribus noſtris filii mercatores, qui conſenſu patris mercaturam exercent, quoad illam negotiationem pro emancipatis & ſui juris habentur, in his ergo cum ratio prohibitionis ceſſet, merito quoque ipſius SCti diſpoſitio ceſſare debet.

d. Diſp. th. 32. & 50.

§. Wir verbieten ꝛc. 132. Pater & filius, ut & fratres in eadem patris poteſtate exiſtentes, pro una eademque perſona habentur, hinc nullus contractus, nulla obligatio inter haſce perſonas, ob vinculum unionis perſonarum, conſiſtere valet, cum nemo ſibimetipſi obligari, & à ſemetipſo exigere queat.

conf. ſupr. not. ad part. 2. §. 109.

de

de jure autem provinciali autoritas judicis defectum ex parte liberorum ſupplet, præcedente ſcil. cauſæ cognitione, quæ ſimul omnem metum læſionis, quem metus reverentialis cauſari poſſet, excludit.

D. Harppr. Contin. Diſſer. J. Civ. & W. th. 21. add. Id. in Diſſer. March. th. 100.

133. Fœmina nihil negotii ſine curatore valide agere, proinde regulariter nec contrahere, nec valide ſe obligare, nec inter vivos de rebus ſuis diſponere, multo minus in judicio agere aut ſe defendere poteſt, niſi curator eidem aſſiſtat; ideo curatorem non habenti curator judicialiter conſtituendus eſt. *Tit. 29.* Von *Contracten* der Weibs-Perſonen. §. Ferner ꝛc.

Wibelius de Contractibus mulierum, Cap. 3. in proœm. num. 8. Lauterb. Diſp. de Contractibus th 24. D. Harppr. Diſſ. March-Bad. th. 101. add. ſuppr. not. ad Lib. 1. Tit. 16. §. 35. & 36.

conſenſus quippe & autoritas curatoris ad perſonam ejus integrandam de forma & ſubſtantiali ſolennitate requiritur.

Wibelius d. Tr. Cap. 6. num. 3.

cum curatore autem libere ſuabona adminiſtrat, etiam immobilia alienando abſque judicis decreto, nec læſa in integrum reſtituitur.

Carpz. Jpr. For. p. 2. C. 15. def. 33.

ſi vero adhuc minor ſit, in alienatione immobilium judicis inſuper decreto opus eſt.

Wibelius d. Tr. Cap. 2. num. 21. & ſq.

134. Interdum tamen ſine curatoris autoritate contractus à muliere initus ſubſiſtit, nimirum de bonis mobilibus non pretioſis, ducto argumento à contrario ſenſu, ex §. ferner h. t. item ſi contractum inierit ſibi utilem, *d. §.* Ferner ꝛc.

nec

nec damnoſum; vel ſi alienatio fiat ex cauſa neceſſaria, v. g. ex pacto retrovenditionis, ex retractu, ex præcepto teſtatoris.

Wibelius d. Tr. Cap. 4. num. 79. & ſq.

porro ſi contrahat cum patre & liberis, propter ſummam confidentiam, quam lex habet de patre, & quod mater cum liberis contrahens, non ex imbecillitate ſexus, ſed ex pietate materna id feciſſe cenſeatur.

Carpz. Ipr. For. part. 2. C. 15. def. 8. D. Harppr. Reſp. 89. num. 48.

tutius tamen facit mulier in hoc Ducatu, ſi conſenſu mariti aut curatoris interveniente, cum patre vel liberis contrahit.

Wibel. d. Tr. Cap. 4. num. 187. & 195.

porro ſi mulier in judicio compareat ſine curatore, & ſententia pro ipſa lata ſit, valet, quod actum eſt.

arg. L. 14 C. de Procurat. Wibel. de Contract. mulier. Cap. 3. §. 8. num. 23. D. Harppr. Conſult. 69. num. 140.

& ſi juramentum acceſſerit contractui ſine curatoris conſenſu inito, contractus quidem per ipſum non efficitur firmus, juramentum tamen erit ſervandum.

Wibelius d. Tr. Cap. 6. num. 84. & ſq. Lauterb. Tr. Syn. de Jurament. in gen. §. 1. num. 13. & ſq.

plures exceptiones de Muliere Teſtatrice, doloſe contrahente, Mercatrice &c.

vid. apud Carpz. p. 2. C. 15. def. 10. & ſeqq.

d. §. Ferner ꝛc. 135. Maritus, licet uxoris ſuæ curator ſit legitimus, attamen ipſe ſolus, excepta cauſa ſocietatis, in negotiis uxorem principaliter concernentibus, neque extra neque in judicio

quic-

quicquam agere poteſt, id quod etiam de aliis mulierum curatoribus dicendum, nam mulieres ſuorum bonorum adminiſtrationem ipſæmet ſibi retinent, curatores autem illis contrahentibus conſilio & autoritate ſaltem aſſiſtunt.

Wibel. d. Tr. Cap. 3. §. 8. num. 104. & 115.

cæterum conſenſus mariti in contractu ſuæ uxoris regulariter ſufficit, limitatur tamen hoc de jure provinciali, ſi ſuſpicio adſit, uxorem vi metuve, aut doloſa mariti perſuaſione ad contractum eſſe inductam, ubi alterius curatoris conſenſus, & ſi ſumma centum florenos excedat, judicis cognitio inſuper requiritur, & quidem Ordinarii, nam coram judicio Tutelari, vor dem Wayſen-Gericht, facta obligatio non ſufficit.

Lauterb. Diſp. de Ære alieno in ſociet. conjug. contr. ſolvendo, §. 57. add. Wibel. d. Tr. Cap. 6. n. 35. & 36.

136. Interceſſio uxoris pro marito, etiam per modum conſtituti facta, vel poſt biennium repetita, vel pro fiſcali debito, vel in uno eodemque inſtrumento facta, ipſo jure nulla eſt. §. Wir ſeteu ꝛc.

Wibelius de Contract. mulier. Cap. 5. n. 40. & ſq.

niſi creditor verſionem in rem & utilitatem uxoris probare poſſit, hinc ſi v. g. maritus & uxor conſtante matrimonio mutuam acceperunt pecuniam, ad æs alienum mariti, in matrimonium illatum, ſolvendum, & ſimul in uno inſtrumento ad illud ſolvendum, vel ſimpliciter, vel in ſolidum ſe obligaverunt,

ſolus

ſolus maritus inde obligatur, uxoris vero obligatio eſt ipſo jure nulla, quia uxor hoc in caſu revera pro marito interceſſit, contra novam conſtitutionem, quæ habetur

in Autb. ſi qua mulier. C. de SCto Vellej. Lauterb. Diſs. de Ære alieno in ſociet. conjug. contr. ſolvendo, §. 59.

aliter vero ſe res habet, ſi æs alienum ſociale ab utroque conjugum contractum ſit, tanquam ſociis in communem ſocietatis cauſam, quod ab uxore pro dimidia parte ſolvendum, licet maritus illud una cum ſola uxore contraxerit, nullo alio uxoris curatore adhibito.

vid. Jus prov. Wurttemb. p. 4. tit. 4. §. Rechtmäßigen ꝛc. *Lauterb d. Diſs §. 57. conf. ſupr. not. ad part. 1. tit. 76. §. 155.*

idem dicendum, ſi uxor cum marito in ſolidum ſe obligaverit & talis ſit familiæ ſtatus, ut ſi ipſa hoc non feciſſet, majus damnum exinde paſſura fuiſſet, quo caſu ipſa mulier, ſi maritus non ſit ſolvendo, etiam in ſolidum creditori tenetur.

L. 17. *§. fin. ff. ad SCt. Vellej.*

licet enim hic pro parte mariti intercedere videatur, tamen hoc fit ob propriam utilitatem; proinde non juvatur beneficiis fœminis intercedentibus conceſſis.

L. 13. *ff. d. t.* Lauterb. *d. Diſs. de Ære a'. §. 56.*

ex eadem ratione ceſſare volunt exceptionem SCti Vellej. vel beneficii novæ conſtitutionis eo quoque in caſu, ſi uxor, ne mariti fama periclitetur, & executio in bona ejus fiat, vel ut utriusque conjugis honor ſartus tectus præſtetur, vel ſi pro marito jam incarcerato, ſeu

mox

mox incarcerando interceſſerit, licet nulla renunciationis vel juramenti ſolennitas fuerit adhibita

D. Harppr. Conſult. 70. num. 218. & ſq.

cæterum ut valida ſit in hoc Ducatu vere & proprie ſic dicta interceſſio uxoris pro marito, requiritur, ut mulier non coacta, & de beneficiis ſibi competentibus ſatis edocta & certiorata, coram judice, præcedente cauſæ cognitione, & interveniente curatoris conſenſu, beneficio Sčti Vellej. & Avth ſi qua mulier &c. mediante juramento, vel in hoc Ducatu facta promiſſione ad baculum judicii, ſolenniter renunciet.

Wibelius de Contract. mulier. Cap. 5. num. 48. ſq.

137. De jure civili contractus cum prodigo initus, antequam talis fuerit declaratus, non eſt ipſo jure nullus. *Tit. 30.* Von *Prodigis.*

L. 18. ff. Qui teſtam. fac. poſſ. §. Im Fall ꝛc.

Jure vero Wurtemb ſi de prodigalitate alicujus ſatis conſtat, contractus cum eo etiam ante declarationem vel interdictionem initus non ſubſiſtit, quam ipſam juris provincialis diſpoſitionem ſimili ratione ad ebrioſos applicat. §. Wann auch ꝛc.

Dn. Stryck de Cautel. Contract. Sect. 1. C. 2. §. 13.

cæterum ſecundum Reſcriptum Noviſſ. Officiales in hoc Ducatu ſubditis, qui bona ſua dilapidare incipiunt, ejusmodi profuſionem ſub ſeria comminatione interdicere jubentur, præcipue autem quando excitato concurſu creditorum bona eorum debitis exolvendis non amplius ſufficiunt, relationi Officialium, quam

M ad

ad curiam mittunt, ſubnectendum, an per caſus fatales ad incitas redacti ſint, an v. luxu & prodigalitate ſua conſumſerint & diſſipaverint bona, quo ejusmodi malitioſi decoctores pœna carceris, operis publici vel ergaſtuli, pro ratione circumſtantiarum coërceri queant.

vid. Reſcr. Ducale *d. d.* 12. *Junii* 1730.

Tit. 31. Von Verehrungen der Ehe-ſteur ꝛc. §. Und ſo jemand ꝛc.

138. Jure Civili filiusfam. bona adventitia, in quibus patri uſusfructus competit & adminiſtratio, ſine conſenſu patris alienare nequit, ita ut omnis alienatio, ſive inter vivos, ſive per ultimam voluntatem ſit prohibita, & ne quidem quoad proprietatem ſubſiſtat.

L. 8. §. 5. C. de bonis, quæ liber.

Jure vero Wurtemb. liberi ejusmodi bona adventitia, ex hæreditate patris, matris, avi, aviæ, aliorumque conſanguineorum, ipſis delata, ſine conſenſu uſufructuarii in donationem propter nuptias & in dotem dare poſſunt.

Lauterb. *Diſſ. de Donat. propt. nupt. th. 39.*

imo in genere de illis bonis non ſolum inter vivos contrahere, ſalvo ſcil. jure uſusfructus, ſed & per ultimam voluntatem diſponere valent filiifam. ad teſtandum habiles, modo legitima ſalva ſit iis perſonis, quibus debetur, nec non ſalvus & integer uſusfructus.

conf. Jus prov. part. 3. tit. 2. §. und wiewohlen ꝛc. *& p. 4. tit. 15. §. fin. Dn. D. Schœpff, Dodec. thes. & different. inter* Jus *commun. & Wurtemb. th. 8.*

Tit. 32. Wann ein

139. Ut conjux dote vel donatione propter nuptias, itemque lucro nuptiali ex conſuetudi-

ſuetudine, ac portione ex ſtatuto vel pacto debita, ob cauſam deſertionis vel adulterii privari poſſit, de jure Wurtemb. requiritur 1. ut deſertio ſit malitioſa, adulterium vero notorium. 2. ut conjugium per judicis ſententiam ſit diſſolutum, nam adulterium vel malitioſa deſertio non ipſo jure diſſolvit matrimonium, ſed tantummodo cauſa eſt, ob quam petente parte innocente diſſolvi poſſit; non vero modus id ipſum diſſolvendi

Ehe⸗Gemächt Ehebrüchig wird ꝛc.

§. Wann ein ꝛc.

D. *Bardili* Diſp. *de* Divortio *ex cauſa malitioſæ deſert. th. 59. Id. de ſtatutaria Conjugum portione, th.* 43.

3. requiritur, ut conjux innocens adhuc vivus vel viva ad privationem egerit vel ad agendum ſe præparaverit, cum tota hæc facultas auferendi bona in legibus determinata ad contumeliam innocenti illatam vindicandam tendat, & proinde non magis quam actio injuriarum, aliæque huic ſimiles, in hæredes defuncti, qui omnem vindictam remiſiſſe præſumitur, ſit tranſitoria.

arg. L. 6. §. *fin.* L. *7. ff. de inofficioſ. teſtam.* L. 5. *C. de revocand. donat.* D. *Bardili, d. Diſſ. th. th. 66. & ſeq.* D. *Harppr. Conſ.* 27. *num.* 43.

aliud obtinet in hæreditate ex teſtamento delata, quam v. g. uxor adultera à marito hæres inſtituta perdit, etiamſi maritus adulterium ignoravit, ſcil. quod nemo honeſtus & ſanæ mentis, etſi adulterii pœnam ſive tacite ſive expreſſe remitteret, hæredem tamen eam bonorum ſuorum, ſi adulteram ſciviſſet, excluſis legitimis, inſtituturus eſſe crederetur.

Carpz. Ipr. For. p. 4. C. 21. def. 6.

idem juris eſt in legato, quod tali caſu pariter pro tacite revocato & ademto habendum, ita ut hæreditas vel legatum hoc in caſu non ad fiſcum, ſed ad cohæredes pertineat.

arg. L. 3. §. *fin.* *ff de adimend. leg.* L. 9. *pr.* & §. 1. *ff. de his, quæ ut indign.* D. *Harppr. d. Conſ.* 27. *num.* 83. & *ſequ. Id. de jure Aurigarum circa ſucceſſ. th.* 10. & *ſequ. Id. in* Differ. *March. p.* 5. *th.* 44. *pag.* 118. D*n.* D. *Schvveder* Diſſ. *de Clauſula Teſtament. perſonam honoratam ult. voluntati teſtatoris contravenientem privante, th.* 31.

4. requiritur, ut reconciliatio inter conjuges non fuerit ſubſecuta.

D. *Bardili d. Diſſ. th.* 70.

quid dicendum de ſeparatione quoad thorum & menſam, an conjux, quæ iſti ſeparationi cauſam præbuit, ad portionem ſtatutariam admitti debeat? id quod negatur.

vid. D. *Bardili* Diſſ. *de ſeparatione Cohabitat. th.* 41. D. *Harppr. de Uſusfr. ſtatut. mat. impedimentis & mod. ſolvendi*, §. 4.

§. Da aber ꝛc. 140. Si de dote vel donatione propter nuptias nihil pactum fuerit, innocens quartam partem omnium bonorum nocentis, pleno jure quæ ad ipſum ſpectant, lucratur; quæ ergo jure ſaltem proprietatis, vel uſusfructus ad conjugem nocentem pertinent; in hanc computationem non veniunt; nec acquæſtu conjugali privatur conjux nocens, nec ipſius portio innocenti addicitur, cum leges pœnales ſtricte ſint interpretandæ.

D. *Harppr. Diſſ. de Communione lucrorum conjugalium inter conjuges ſeparatos*, §. 21.

uſusfructus tamen in bonis liberorum competens

tens, ceu portionis ſtatutariæ portio, amittitur.

vid. Ejusd. Tr. d Uſusfr. ſtatut. materni impedim. & mod. ſolv. §. 3.

141. In actionibus ceſſis ceſſionarius ſive procurator in rem ſuam eodem jure utitur, quo is, cujus perſona fungitur, petitque illud ipſum, quod cedens petiturus eſſet, ſi ipſe ageret. *Tit. 33. De ceſſione actionum.* §. Und welchem ꝛc.

L. 5. *C. de hered. vel act. vend.* L. 156. § 3. *ff. de Reg. jur.*

& beneficium cedentis huic quoque procuratori prodeſt.

L. 6. ff. de hered. vel act. vend.

ſi itaque cedens vel ex inſtrumento guarentigiato, vel ex ſtatuto jus habet paratæ executionis, vel manus injectionis, etiam ceſſionarius eodem uti poterit jure.

Lauterb. *Diſſ. de Procuratore in rem ſuam, th. 32.*

de privilegiis vero perſonalibus aliud dicendum, quippe quæ perſonam non excedunt, adeoque nec ceſſionario competunt.

L. 42. *ff. de adminiſtr. tut. d.* Diſp. *th. 32. & 33.*

ſpeciale hoc eſt in fiſco, ut in ceſſionarium tranſeat etiam privilegium perſonale, modo fiſcus diſerte jus & prærogativam ei cedat.

L. 3. *& fin. C. de privil. fiſci. D. Harppr. Conſult. 74. num. 46. & 93. vid. tn. Dn. Coccej. Diſſ. de Ceſſione eorum, quæ ad heredes non tranſeunt, Cap. 4. §. 18. & 19.*

tunc quoque ceſſionario privilegium cedentis perſonale prodeſt, ſi ceſſionarius regreſſum habiturus eſſet contra cedentem, v. g. ſi uxor boni nominis evictionem promiſerit, & privilegium dotis ceſſerit.

Dn. Stryck de Cautel. contract. ſect. 2. Cap. 4. §. 40.

præparatoriæ autem actiones cum ipſa principali actione ceſſa tranſeunt, nec peculiari ceſſione indigent.

L. 56. & 62. ff. de Procurat.

acceſſoriæ tamen v. g. hypothecariæ vel fidejuſſoriæ exercitium ex ſola principalis actionis ceſſione non conſequitur procurator in rem ſuam, ſed in his ſpeciali ceſſione opus eſt.

L. 6. ff. de hæred. vel act. vend. Lauterb. d. Diſp. th. 30. & 31. vid. tamen Dn. Cocceji Diſp. de Jure circa nomina, ſect. 2. §. 20.

d. § Und welchem ꝛc. 142. Differt ceſſio nominis ab aſſignatione, in ceſſione ipſa actio ceſſa, inſpectis effectibus, ceſſionarii quaſi propria fit, & omne periculum ad ceſſionarium plene pertinent, neque cedens ejusmodi ceſſionario ulterius tenetur, quam ut præſtet nomen verum.

L. 4. ff. de hæred. & act. vend.

è contrario per aſſignationem aſſignans à ſua obligatione non liberatur, ſed aſſignatarius, ſi vel penitus nihil, vel non totum ſuum creditum ab aſſignato conſequi poſſit, plenum contra aſſignantem regreſſum habet, eo quod illa nec ſolutio ſit, Anweiſung iſt keine Zahlung, nec alia præſentanea, ſed demum ab eventu ſubſequentis ſcil. ſolutionis æſtimanda ſatisfactio.

L. 12. §. 2. L. 45. §. 8. ff. de Verb. oblig. D. Harppr. Diſquiſit. de Aſſignatione nominis, th. 31. 3-. & 52.

§. Wir ſetzen ꝛc. 143. In alienatione ſive ceſſione nominum, quæ 20. florenos excedunt, inſinuationem judicialem requirit Jus Wurtemb. in quo differt à jure communi.

Dn.

Dn. D. *Schæpff, Differ. J. civ. & Wurtemb. th. 5.*

ſi tamen extraneus nomen vel actionem cedat ſubdito Wurtemb. inſinuatione non opus eſſe exiſtimat,

Beſoldus ad J. *P. W.* Diſſ. 2. *th. 169.*

Judæi autem ceſſio contra Chriſtianum Chriſtiano facta prohibita eſt,

in Ord. Prov. *Tit.* 27. § 28.

totaque annullatur, ita ut Chriſtiano ceſſionario exceptio non competentis actionis ſemper opponi poſſit.

D. Harppr. Cons. 60. *n.* 282.

144. Moribus hodiernis plures dantur ſervitutes legibus Romanis plane incognitæ, ut jus glandis legendæ, piſcandi, ceraſa decerpendi, jus in furno vicino ſuos panes coquendi, in torculari ad vicinum ſpectante ſuas uvas ſive muſtum exprimendi, in area vicina ſua frumenta ſive legumina triturandi &c. *Tit.* 34. Von Dienſtbarkeit der Güther ꝛc.

vid. D. Harppr. Cons. 90. *num* 114. *& ſeqq.*

& hæ ſervitutes ſecundum praxin hodiernam Germanicam interdum etiam in faciendo conſiſtunt, quod patet ex operis ruſticorum, ruſtici enim ſunt liberi homines, & operas præſtant intuitu prædiorum ſuorum, easque præſtant domino intuitu prædii ipſius, quæ præſtatio utrinque ad quosvis poſſeſſores tranſit, & in faciendo conſiſtit; huc etiam pertinent furni & molendina item torcularia bannalia, in quibus vicini aliquid facere, nempe molere & panem coquere muſtumque exprimere tenentur. Item quando poſſeſſores quarundam ædium & prædiorum dominis locorum vel etiam vicinis obligantur ad pontem reficiendum, ad ligna ad-

vehenda, ad muniendam viam, puteum, aream &c.

vid. Dn. Stryck. *Uſ. Mod. Lib. 8. tit. 1. §. 4. & 5. add.* Titii *Diſ. de ſervitute faciendi, §. 38. & ſq.*

145. Non uſus non tollit ſervitutem, quando quis non per negligentiam, ſed per neceſſitatem non eſt uſus.

L. *34.* §. 1. L. 3. *ff. de ſervit ruſtic. præd.*

ſic privilegium datum non amittitur, nec ei præſcribitur ob non uſum, niſi ex eo tempore, quo privilegii uſus eſſe potuit.

Brunem. ad d. L. *34. Carpz. Ipr. For* P. *3.* C. *32 def. 18.*

§. So auch ꝛc. 146. Quamvis ſervitus itineris, actus, viæ per totum fundum diffuſa ſit, ita ut omnes glebæ ſerviant, tamen hiſce ſervitutibus civiliter utendum, & exercitium earum per certam fundi partem arbitrio boni viri dirigendum, quo facto reliquæ fundi partes ſunt liberæ.

L. 13. §. 1. *ff. de ſerv. ruſt. præd. ibique Brunnem.*

ſemper enim ſervitus indefinita ita eſt interpretanda quo fundus ſerviens minori incommodo afficiatur.

L. 9. ff. de S. *R.* P. P*lebſt. ad* J. P. W. *Diſp. 2. th. 27.*

§ Hinwiederum ꝛc. 147. Dominus prædii ſervientis nihil facere poteſt, quo uſus ſervitutis reddatur deterior.

L. *13.* §. 1. *ff. d. t.*

ita v. g. qui ſervitutem paſcendi debet, prata ſua in aliam culturam mutare nequit, niſi illis, quibus jus paſcendi competit, nihil præjudicii vel damni pariat; è contrario pati tenetur dominum prædii dominantis ædificare, vel aliquid

aliquid fodiendo vel ſubſtruendo operari, quo commode ſervitute conſtituta uti poſſit.

L. 10. *ff. de ſervitut.*

minore tamen, quoad fieri poteſt, ſervientis detrimento; meliorem tamen uſum ſervitutis facere non poteſt dominus prædii dominantis, niſi id ſine novo incommodo vel onere ſervientis fundi fieri poſſit, idque potius ex lege charitatis, quam jure ſervitutis.

Mev. P. 3. *Dec.* 35. *Brunnem. ad* L. 11. *Commun. præd.*

148. Si quis jure precarii, familiaritatis, vicinitatis, alterius fundum ingrediatur, vel pecora immittat, non poteſt inde ſibi ſervitutem itineris, actus aut paſcendi vindicare, cum non fuerit uſus jure ſervitutis, ſed familiaritatis. §. Woaber x.

Carpz. P. 2. C. 14. *d.* 14. & P. 2. C. 41. *d.* 9. & 1.

ita ut nec præſcriptio hoc in caſu locum habere queat.

Dn. Coccej. Diſſ. de præſcriptione extraordinar. vel anomala, §. 22. & *ſeqq. it.* §. 32. & *ſq.* D. *Harppr. Conſ.* 90. *num.* 101. & *ſq.*

nam jus compaſcendi ſive compaſcui, nihil aliud eſt, quam jus paſcendi reciprocum, vulgo Kuppel-Wayd, quando duo pluresve vicini univerſitatis in prædiis & agris ſuis vicinis ſibi invicem mutua compaſcua concedunt, quæ compaſcua jure familiaritatis & precarii mutui nituntur; à quo jure compaſcendi differt jus paſcendi commune, quando vicinis vel toti villæ inſimul competit paſcere pecora in prædio vicino, wann andere Nachbarn den Mit-Trieb haben, v. g. ſi tota Villa vel plurimi ex illa inſimul cum Titio convicino

poſſunt alere pecora in prædio Mevii, ita ut prædium ſerviens Mevii non habeat reciprocum jus compaſcendi pecora in prædiis Titii & ipſius convicinis, hinc jus paſcendi commune eſt ſervitus, non autem jus compaſcendi ſive compaſcui.

vid. Joh. Chriſtian Schüzii Tr. de Jure paſcendi publico & privato, Sect. 1. Cap. 1. §. 2.

ANNOTATIONES
Ad
Partem Tertiam
JURIS PROVINCIALIS WURTEMBERGICI.
De Testamentis.

1.

NOn ſolum ſubditi & incolæ, ſed etiam extranei & forenſes in hoc Ducatu commorantes, ſecundum formam in jure provinciali præſcriptam teſtari poſſunt, etiam quoad bona alibi ſita. *Tit. 1.* Von Teſtamenten ꝛc. §. Wir ordnen ꝛc.

Lauterb. Diſp. *de Solennitate Teſtamentor. th. ult. Carpz. Jpr. For. p. 3. Conſt. 6. def. 12.* & ſi ſubditus Wurtembergicus v. g. Lipſiæ ſtudiorum, mercaturæ, vel alia cauſa degens, repentino ibidem morbo correptus, coram duobus ſolummodo ſcabinis & actuario, de ſuis facultatibus, quas omnes propemodum in Ducatu habet, teſtamentum conficiat, illud non ſaltem quoad mobilia, quæ ſecum habuit, verum etiam quoad reliqua in Ducatu Wurtemb. exiſtentia bona validum cenſeri debet, quia in iis, quæ ordinationem vel ſolennitatem actus reſpiciunt, inprimis jura & mores loci, in quo actus ordinatur, attendi debent.

D. *Harppr. Diſp. de* Teſtamento *Judiciali, th. ult. add. Dn. Cocceji Diſp. de fundata in territorio & plurium concurrente poteſtate, Tit. 7. §. 1. & ſq.*

2. Non

§. Dane-ben ꝛc. 2. Non ſolum autem ſecundum formas teſtandi in jure provinciali præſcriptas, ſed etiam ſecundum ſolennia juris communis teſtari permiſſum eſt ſubditis hujus inclyti Ducatus, ita ut hæc permiſſio locum habeat tam quoad difficiliores, quam quoad faciliores juris communis formas; hinc cum jure communi ad hoc, ut teſtamentum extra locum judicii apud acta conditum ſubſiſtat, duo aut tres ſcabini, ſi præſentes ſint, ſufficiat, quare non dubitarunt Dn. Anteceſſores Tubingenſes ſuper tali teſtamento A. 1680. d. 28. Sept. conſulti, pro illius valore pronunciare, hoc non obſtante, quod actuarius judicii ejus ordinationi non interfuerit, cum illius adhibitio in jure communi nuſpiam deſideretur.

D. Harppr. d. Diſp. th. 9. & 10.

Tit. 2. Welchen Perſonen zu *teſtiren* zugelaſſen ꝛc. 3. Teſtamenti factio activa competit omnibus, qui nec natura impediuntur, nec legibus prohibentur, nam quin iſta legibus vel ſtatuto tolli vel reſtringi poſſit, dubium non eſt, cum tota teſtamentorum ratio à jure civili poſitivo pendeat.

§. Dieweil ꝛc. *vid. Dn. Cocceji Diſſert. de Teſtamentis Principum, part. gen. 1. per tot.*

§. Als Anfangs ꝛc. 4. Jure Wurtemb. terminus à quo, ultima condendi elogia tam fœminis quam maſculis præfixus, eſt annus decimus ſextus, tempore naturaliter computato, ita ut decimus ſeptimus annus debeat eſſe inchoatus.

Lauterb. Differ. J. Com. & Pr. W. p. 3. tit. 2. th. 1.

cum enim ſupremum ordinare elogium ſatis ardua res ſit & tantillæ ætatis perſonæ per

alio-

orum molimina facile in perniciem familiarum & agnationis aliquid ſtatuant, ideo utariter hæc ita conſtituta ſunt.

D. Harppr. Diſſer. *J. Civ. & March-Bad, p. 5. th. 1.*

tranei tamen & forenſes 14. annos nati iam in hoc Ducatu ſecundum formam juris mmunis teſtari poſſunt.

Beſold ad J. P. *W.* Diſſ. *3. th. 6.*

4. Mente capti nunquam teſtari poſſunt, um morbus eorum ſit continuus, & non itervallatus; furioſi autem valide teſtantur empore intervalli, licet poſtea redeat furor, uod etiam in dubio factum cenſetur, ſi teatorem habuiſſe dilucida intervalla certum it, ac teſtamentum legitime conditum appareat, nam furor non præſumitur. §. Deßgleichen ꝛc.

D. *Frommann. Hypotyp. juris furioſor. p. 69. n. 9.*

lupidiores vero ac ſimpliciores à teſtamenti actione non excluduntur.

d. Diſſ. pag. 5?. num. 15.

5. Natura mutus & ſurdus teſtari nequit; caſu talis factus, vel mutus tantum, valide eſtatur, ſi literarum ſcriptionisque gnarus ſit, quo caſu requiritur, ut ſua manu judicium uum ſcribat; in ſurdo autem non muto perinde eſt, ſcripto an voce mentem ſuam explicet. §. Alſo auch ꝛc.

Plebſt *ad* J. P. *W.* Diſp. *3. th. 19.*

cæcus, qui non eſt mutus, teſtamentum facere non prohibetur, ſecundum unam vel alteram, quæ ei convenit, juris provincialis formam, ſcil. per nuncupationem, non vero

in

§. Daneben ꝛc. 2. Non ſolum autem ſecundum formas teſtandi in jure provinciali præſcriptas, ſed etiam ſecundum ſolennia juris communis teſtari permiſſum eſt ſubditis hujus inclyti Ducatus, ita ut hæc permiſſio locum habeat tam quoad difficiliores, quam quoad faciliores juris communis formas; hinc cum jure communi ad hoc, ut teſtamentum extra locum judicii apud acta conditum ſubſiſtat, duo aut tres ſcabini, ſi præſentes ſint, ſufficiat, quare non dubitarunt Dn. Anteceſſores Tubingenſes ſuper tali teſtamento A. 1680. d. 28. Sept. conſulti, pro illius valore pronunciare, hoc non obſtante, quod actuarius judicii ejus ordinationi non interfuerit, cum illius adhibitio in jure communi nuſpiam deſideretur.

D. Harppr. d. Diſp. th. 9. & 10.

Tit. 2. Welchen Perſonen zu *teſtiren* zugelaſſen ꝛc. §. Dieweil ꝛc. 3. Teſtamenti factio activa competit omnibus, qui nec natura impediuntur, nec legibus prohibentur, nam quin iſta legibus vel ſtatuto tolli vel reſtringi poſſit, dubium non eſt, cum tota teſtamentorum ratio à jure civili poſitivo pendeat.

vid. Dn. Cocceji Diſſert. de Teſtamentis Principum, part. gen. 1. per tot.

§. Als Anfangs ꝛc. 4. Jure Wurtemb. terminus à quo, ultima condendi elogia tam fœminis quam maſculis præfixus, eſt annus decimus ſextus, tempore naturaliter computato, ita ut decimus ſeptimus annus debeat eſſe inchoatus.

Lauterb. Diſſer. J. Com. & Pr. W. p. 3. tit. 2. th. 1.

cum enim ſupremum ordinare elogium ſatis ardua res ſit & tantillæ ætatis perſonæ per alio-

aliorum molimina facile in perniciem familiarum & agnationis aliquid ſtatuant, ideo ſalutariter hæc ita conſtituta ſunt.

D. Harppr. Diſſer. *J. Civ. & March-Bad, p. 5. th. 1.*

extranei tamen & forenſes 14. annos nati etiam in hoc Ducatu ſecundum formam juris communis teſtari poſſunt.

Beſold ad J. P. *W.* Diſſ. *3. th. 6.*

4. Mente capti nunquam teſtari poſſunt, cum morbus eorum ſit continuus, & non intervallatus; furioſi autem valide teſtantur tempore intervalli, licet poſtea redeat furor, quod etiam in dubio factum cenſetur, ſi teſtatorem habuiſſe dilucida intervalla certum ſit, ac teſtamentum legitime conditum appareat, nam furor non præſumitur. §. Deßglei-chen ꝛc.

D. *Frommann. Hypotyp. juris furioſor. p. 69. n. 9.*

ſtupidiores vero ac ſimpliciores à teſtamenti factione non excluduntur.

d. Diſſ. pag. 52. num. 15.

5. Natura mutus & ſurdus teſtari nequit, caſu talis factus, vel mutus tantum, valide teſtatur, ſi literarum ſcriptionisque gnarus ſit, quo caſu requiritur, ut ſua manu judicium ſuum ſcribat, in ſurdo autem non muto perinde eſt, ſcripto an voce mentem ſuam explicet. §. Alſo auch ꝛc.

Plebſt ad J. P. *W.* *Diſp. 3. th. 19.*

cæcus, qui non eſt mutus, teſtamentum facere non prohibetur, ſecundum unam vel alteram, quæ ei convenit, juris provincialis formam, ſcil. per nuncupationem, non vero

in

in ſcriptis; nec per nuncupationem implicitam; uno tamen ſemper teſte amplius adhibendo; niſi teſtamentum cæci apud acta conditum ſit, ubi præſentia judicis omnes ſupplet ſolennitates.

Lauterb. de Teſtam. judic. th. 8.

§. Item Geuder 2c. 6. Prodigi, quibus adminiſtratio bonorum ademta eſt, teſtari non poſſunt; valet tamen teſtamentum ante prodigalitatem conditum.

L. 18. *ff. qui teſtam. fac. poſ.*

& ſi prodigus poſteritati ſuæ bene conſulat, ea quoque ratione factum ultimum elogium validum eſt.

Carpz Ipr. For. P. 3. C. 6. def. 1. Brunnem. ad d. L. 18.

Banniti teſtamenti factionem non habent, habent tamen relegati, quia hi jura civitatis non amittunt.

Carpz. Pr. Crim. P. 3. qu. 130. num. 51. diſſent. Dn. Stryck. in Tr. de ſucc. ab int. Diſſ. 12. Cap. 1. n. 5. ſq.

Hæretici & Anabaptiſtæ inter liberos orthodoxos teſtari poſſunt.

Nov. 144. c. 1. Plebſt ad J. P. W. Diſp. 3. th. 18.

Cum ad mortem condemnati nec ſervi pœnæ amplius efficiantur, nec civitatem amittant, teſtamentum hodie facere non prohibentur, niſi ex tali delicto condemnati fuerint, in quo bonorum confiſcatio adhuc locum habet.

Lauterb. Diſſ. J. Com. & Pr. W. P. 3. th. 3. D. Harppr. Diſſ. March. Bad. p. 5. th. 3.

§. Und wiewohlen 2c. 7. Jure Wurtembergico filiifam. non ſolum de bonis caſtrenſibus & qs. caſtrenſibus, quod jure quoque civili permiſſum,

L. 6. L. 16. *ff. qui teſt. fac.*

ſed

ſed & de adventiis tam regularibus, quam irregularibus teſtari poſſunt, ſalva tamen legitima iis perſonis, quibus debetur, nec non ſalvo uſufructu, quem parentes habent in bonis adventitiis.

Lauterb. Diſp. de pecul. adventit. irregul. th. 28. D. *Bardili Diſp. de Nuda propriet. th. 32.* D. *Harppr. Differ. March. p. 5. th. . Dn* D. *Schæpff Dodec. Theſ. & Differ. int. Jus Com. & Wurtemb. Th. 8. add. ſupr. not. ad p. 2. tit. 31. §. 138.*

hinc ſi filius ſecundæ ætatis teſtamentum condiderit, & matrem v. g. exhæredaverit, ex juſta ſc. cauſa, vel eandem ad legitimam usque excluſerit, mater nihilominus poſt obitum filii jus fructuarium in bonis filii paternis usque ad dies vitæ, in bonis vero avitis aliisque adventitiis usque ad terminum majorennitatis, ex integro retinet.

D. *Harppr. Diſp. de Impedim. Uſusfr. mat. th. 9. add.* Dn. D. *Schæpff. Dodec. Theſ. & Differ. inter Jus Com. & Wurt. th. 11. pag. 25.*

8. Teſtamenta judicialia ad minus ſolennia referuntur, cum introducta ſint ad difficiles illorum ſolennitates evitandas, quamvis quoad effectum ſolennibus teſtamentis non cedat judiciale, nec minus ac ſolenne teſtamentum propter judicis authoritatem valeat ac ſubſiſtat. *Tit. 3.* Wie und in was Form Teſtamenten ꝛc §. Nachdem ꝛc.

L. 19. C. *de Teſtam.* Lauterb. *Diſp. de Teſtam. judiciali, th. 4. vid. d.* §. nachdem ꝛc. *ibi* nach andern ringern Formen.

9. Quoad perſonas, quæ teſtamenta coram judice facere volunt, nihil intereſt, ſive maſculi ſint ſive fœminæ, ſive majores ſive minores, §. Erſtlich ꝛc.

nores, nam & mulieres & minores ſine curatore ad hunc actum teſtandi in judicio comparere poſſunt.

Lauterb. d. Diſp. th. 6. & 7.

perſona autem teſtari volens ipſa apud acta præſens eſſe debet;

D. Harppr. Conſ. 54. num. 46. & ſeqq.

(nam per nuncium aut procuratorem hoc ipſum fieri nequit) & voluntatem ſuam voce vel literis (nutus non ſufficit) declarare debet; per intermediam tamen perſonam ultimam voluntatem exponere fas eſt, modo ipſe teſtator præſens interſit & profiteatur, omnia, quæ dicta ſunt, ex animi ſui ſententia propoſita eſſe, hocque ſuum ultimum eſſe elogium.

Lauterb. d. Diſp. th. 9. 10. & 14. D. Harppr. Diſp. de Teſtam. judic. th. 11. & ſeqq. D. Bardili Diſp. de Teſtam. Nuncupat. th. 8.

§ Welches ꝛc. 10. Si teſtamentum fiat in loco judicii, ſecundum Jus provinciale ordinatio judicii requiritur, ein geſeſſenes Gericht, & actuarius, cujus præſentia in jure civili non exigitur.

arg. L. 19. C. de Teſtam. ordin.

omnes autem aſſeſſores ut adſint, neceſſarium non eſt, ſed ſufficit, ſi quatuor tantum cum actuario in loco judicii præſentes fuerint, cum etiam extra locum judicii coram quatuor ſenatoribus & actuario teſtamentum confici queat.

Lauterb. d. Diſp. th. 16.

Cæterum an judex, coram quo teſtamentum conficitur, ſit civitatis vel pagi, competens vel incompetens, nihil refert.

d. Diſp. th. 18.

an

an verò in loco judicii etiam die dominico vel feriato fieri poſſit teſtamentum judiciale in hoc Ducatu, dubitandum videtur ex eo, quod id fieri debeat, vor einem geſeſſenen Gericht.

Sed vid. D. Harppr. d. Diſp. de Teſtam. jud. th. 4. & 5.

11. Si teſtator coram judicio ad ſchedam ſe referat, nihil intereſſe videtur, an ipſemet illam ſcripſerit, an vero à tertio aliquo illam ſcribi curaverit. §. Wann aber ꝛc.

arg. num. §. wann aber ꝛc. *h. t. ibi*: wie daß er ſein Teſtament in dieſen verſchloſſenen, durch ſich ſelbſt oder einen andern geſchriebenen und beſiegelten Brieff geſetzt habe ꝛc. *Lauterb. Diſp. de Teſtam. judic. th. 11.*

ſed notandum, quod regulariter neceſſarium ſit, ut illa charta propria teſtatoris manu exarata eſſe debeat;

conf. rubric. die fünffte Form. §. Nachdem ꝛc.

quodſi vero teſtator literarum ſit expers, vel ob chiragram, paralyſin &c. ipſe talem ſchedam exarare non poſſit, tunc demum permittitur, ut illa à tertio ſcribatur, modo ea, quæ in d. §. wann aber ꝛc. h. t. præſcribuntur, legitime obſerventur.

D. Harppr. de Teſtam. Judiciali, th. 3. Id. in Differ. Mach-Bad, p. 5. th. 6.

inprimis autem hoc in caſu prælectio ab alio, quam qui ſchedam ſcripſit, neceſſario facienda eſt, nam alias in arbitrio ſcribentis eſſet, quid ſcriberet, nec teſtatoris, ſed aliena voluntas, adeoque nullius momenti eſſet.

Beſold ad Jus prov. Wurtemb. Diſſ. 3. th. 20. & 21.

12. Si quis ſecundum tertiam formam §. Da aber ꝛc.

juris provincialis, teſtamentum judiciale extra locum judicii conficere velit, ſufficit legitimum ſenatorum numerum, ad privatam teſtatoris convocationem, in ipſius vel alterius ædibus comparere, nec opus eſt, ut eos magiſtratus à teſtatore deſuper imploratus ex Senatu ad actum teſtandi ſpecialiter ableget ſeu deputet. poteſt autem v. g. civis Stuttgardianus Senatores Stuttgardia evocare Canſtadium, ultimam ſuam voluntatem coram illis ordinare, & petere, ut illa actis publicis civitatis Stuttgardiæ inſcribatur, non vero ut actis civitatis Canſtadienſis inſeratur, niſi hoc in caſu ſenatores Canſtadienſes ad ſe vocaverit.

vid. cit. Diſſ. *th.* 1. & 2.

§. Darauf ꝛc. 13. In condendis ultimis elogiis liberrima teſtatoris voluntas requiritur, quemadmodum autem teſtamentum vi metuque extortum ipſo jure nullum eſt.

arg. L. 1. & 20. *ff. qui teſtam. fac.* L. 32. *ff. de hær. inſtit.* L. 1. *C. de* SS. *Eccles.*

quo caſu hæreditas non ad fiſcum, ſed ad hæredes ab inteſtato devolvitur.

D. Kurrer Diſſ. *de Teſtamento coacto, th.* 32.

ita non minus per doloſas perſuaſiones, importunas ſolicitationes, & quotidianas ſuggeſtiones ac incitationes, (blanditiæ enim non nocent, nec preces, exhortationes aut interrogationes.)

d. Diſp. th. 13. & *ſq.*

ſolutum teſtatoris judicium, voluntas ſpontanea & liberum arbitrium haud parum impeditur & coarctatur.

Carpz. Ipr. for. p. 3. *C.* 5. *def.* 7. 8. & 9.

cæterum

cæterum etſi quis in mortis articulo & extremo vitæ ſuæ conſtitutus fuerit, tamen teſtamenti condendi facultate gaudet, modo de animo & voluntate teſtandi conſtet, & quod ſanæ ac integræ mentis eo tempore fuerit, quod regulariter præſumitur.

L. 2. *ff. qui teſtam. fac. ibique Br. Carpz. d. C. 5. d. 3.*

ſin autem dubitetur, an teſtator tempore conditi teſtamenti ſanæ mentis fuerit nec ne? id duobus teſtibus probari debet.

Manzius de Teſtam. val. & inval. Tit. 5. qu. 8. num. 61.

14. Jure civili in teſtamento judiciali nil niſi judicis autoritas requiritur, ſive in ſive extra judicii locum illa acceſſerit. §. Doch da 2c.

L. 19. C. de Teſtam.

cum ſit actus voluntariæ jurisdictionis, hinc ſecurus ille dicitur, qui coram actis (acta autem ibi eſſe intelliguntur, ubi judex præſens eſt) ſuam voluntatem publicavit; quod autem ſcriptura accedere, & ſine illa tale teſtamentum nullum eſſe debeat, hoc nullibi ſancitum legitur; ex quo apparet, quod, etſi teſtator ante deceſſerit, quam ultima ejus voluntas extra judicii locum coram ſcabinis confecta, coram ordinato judicio actis fuerit inſinuata, ea nihilominus firma ac valida cenſeri debeat; quamvis enim in jure provinc. actuario inſcriptio demandata ſit, ejus tamen omiſſionem teſtamentum non vitiare expreſſe conſtitutum eſt in §. fin. h. t.

Lauterb. d. Diſp. de Teſtam. judic. th. 23.

§. Da je= mand 2c. 15. De jure communi in teſtamento nuncupativo ſeptem teſtes requiruntur.

L. 26. C. de Teſtam.

de jure autem provinciali in tali quoque teſtamento ſufficit quinarius teſtium numerus, ita tamen ut ab actuario vel notario publico inſtrumentum deſuper conficiendum, idemque à teſtibus ſubſcribendum ſit; quando enim teſtamentum nuncupativum in ſcripturam non redactum, nec à teſtibus ſubſcriptum eſt, tunc teſtes, qui nuncupationi interfuere, non ſolum ſuper talis teſtamenti ſolennitate, verum etiam ſuper ejus veritate & contentis, mediante corporali teſtium juramento fidem facere coguntur.

Carpz. Ipr. for. P. 3. C. 5. *def.* 36. *Mev. p.* 9. *Decis* 140. *Manzius de Teſtam. val. & inval. Tit.* 5. *qv.* 15. *num.* 3 Bardili *Diſp. de Teſtam. Nuncup. th.* 37. *Harpp. Conſult.* 44. *n.* 18·. *ſq.*

§. Auf ſol= che 2c. 16. De Jure civili omnes teſtes teſtamentum ſubſcribere debent manu propria, non vicaria.

L. 30. ff. qui teſtam. fac. Lauterb. *Diſp. de ſolennitate Teſtamentor. th.* 27.

hinc teſtis literarum ignarus eo jure non admittitur.

Bardili Diſp. de ſubſcript. C. 1. §. 1. *n.* 27. *ſq.*

at Jure provinciali Wurtemb. manus vicaria ſufficit, ſi teſtis literas ignorat.

Dn. D. Graſ. Differ. J. Civ. & Pr. *W. th.* 9.

& quamvis etiam ſubſignatio teſtium de jure civili neceſſaria ſit, in teſtamento ſcripto, vel in ſcripturam redacto,

§. 3. *& 9. J. de teſtam. Bardili d.* Diſp. *Cap.* 6. *n.* 10.

tamen

tamen de Jure Wurtemb. nullibi ſubſignatio exigitur in præſcriptis 5. formalis, nec in quarta, §. Auf ſolche ꝛc. ubi expreſſe ſubſcritio teſtium requiritur, ſubſigillationis ulla mentio ſit; quando autem ſtatuta ſive jura provincialia certam teſtandi formam præfiniunt, tunc altra ſolennia in illis præſcripta, reliqua de jure communi neceſſaria cenſentur remiſſa.

conf. tn. §. pen. b. t. D. Graß d. Differ. th. 10. add. infra not. §. 19.

17. In §. Nachdem es auch, pag. 337. h. t. agitur de forma teſtandi myſtica ſive implicita, quando ſcil. teſtator hæredis nomen coram teſtibus non exprimit, ſed ad chartam aliquam ſe refert, in ea ultimam ſuam voluntatem contineri declarans, quæ ratio teſtandi juri civili non incognita, & in praxi recepta eſt. §. Nachdem ꝛc.

vid. Dn. Cocceji Diſp. de Clauſulis Teſtamentorum. Cap. 2. num. 25. & ſeqq. Bardili de Teſt. Nuncup. ubi requiſita teſtamenti ulterius explicat. add. D. Harppr. Differ. March- Bad. p. 5. th. 6.

illud etiam analogiæ Juris civilis non inconveniens eſt, ut quis ultimam ſuam voluntatem unico teſti concredere valeat, ſive ut teſtator certam perſonam in ipſo teſtamento vel codicillo alioque elogio à ſe confecto nominatim deſignare, eique ſecreto indicare poſſit, quid de ſua ſubſtantia poſt mortem ſuam fieri velit.

L. 14. *ff. de dote præleg.* L. 25. *ff. de reb. dubiis. vid.* D. *Harppr. Differt. de ſuprema voluntate unico teſti concredita.*

ſua ratione etiam huc referri poteſt Reme-

 dium

dium L. fin. C. de Fideicommiſs. ſcil. ſi hæredi præſenti injungitur fideicommiſſum ſive univerſale ſive particulare, ubi nullis ſolennitatibus opus eſt, ſed illud probari poterit duobus teſtibus, aut ſi ne hi quidem affuerint hæredi defertur juramentum.

de quo vid. D. Harppr. Tract. Academ. 1.

§. Und was ꝛc. 18. Licet in una charta duæ perſonæ, v. g. conjuges teſtari, ac ſe invicem hæredes ſcribere queant, idque teſtamentum reciprocum jure ſubſiſtat, attamen non pro unico, ſed pro duobus teſtamentis id habendum eſt, quia nemo alteri teſtari poteſt, ſicuti & duæ ſunt hæreditates, hinc nec una rogatio & teſtium ſubſcriptio hic ſufficit, ſed neceſſe eſt, ut utriusque nomine ſignacula & ſubſcriptiones fiant, proin caute agunt notarius & teſtes, ſi diſerte ſcribant, ſe ſignare & ſubſcribere tale teſtamentum utriusque teſtatoris nomine, nominando eos ſeparatim & ſpecifice.

Carpz. Ipr. For. P. 3. C. 7. def. 22. D. Harppr. Conſ. 54. num. 298. & ſq.

§. Was alſo ꝛc. 19. Quando in ſtatuto certus modus teſtandi de jure communi quodammodo incognitus introducitur vel præſcribitur, tunc ſive ſtatutum præter, ſive contra juris civilis diſpoſitionem aliquid introducat, ſolennitas formalis & forma ſubſtantialis inducta cenſetur, quæ ſtricte & ad unguem obſervanda eſt, ita ut ſi unum ex formalibus requiſitis deficiat, tota diſpoſitio corruat.

D. *Harppr. de Teſtam. judic. th.* 18.

alia vero de jure communi præſcripta requiſita, de quibus ſtatutum nullam expreſſam men-

mentionem facit, e. g. ſubſcriptionem teſtatoris & ſcabinorum obſervare non eſt neceſſe, nec ſi talia omiſſa, teſtamentum propterea pro nullo habendum.

d. Diſp. th. 18. conf. ſupr. not. §. 16.

20. Quæcunque ſpectant ad officium actuarii, illorum omiſſio, ex diſpoſitione juris provinc. non vitiat teſtamentum, v. g. ſi omiſſa interrogatio, prælectio, inſcriptio, inſinuatio &c. negligentia enim judicis vel actuarii teſtatori nocere non debet. *d. §. Was alſo 21.*

Lauterb. de Teſtam. judic. th. 23. Bardili de Teſtam. Nuncup. th. 23. D. *Harppr. Differ. March-Bad. p. 5. th. 5.*

de teſtamento judiciali autem ſi quæſtio oriatur, ſuper confectione ſcil. vel inſinuatione, teſtantibus judici & aſſeſſoribus creditur etiam ſpecialiter non juratis, ſufficit enim juramentum ab initio ſuſcepti officii præſtitum.

conf. ſupr. not. ad part. 1. tit. 37. §. 91.

ſi vero error à ſcriba vel notario in teſtamento commiſſus, ut vel minus ſcripſerit, quam teſtator voluit, vel plus etiam expreſſerit, quam teſtator nominavit, tum talis error, qui teſtamenti ſubſtantialia concernit, tot teſtibus probandus eſt, quot neceſſarii ſunt ad ipſam diſpoſitionem; ſi vero concernat qualitatem aliquam omiſſam, vel ſolennitatem extrinſecam, tum duo teſtes ad errorem probandum ſufficiunt; an vero Princeps circa defectum ſolennitatum, ſi alias de mente Teſtatoris pro certo conſtet, diſpenſare poſſit? Reſp. affirm. cum enim Principi in gravioribus, & ejusm.

cauſis, quæ etiam in aliorum vergunt præjudicium, non denegetur diſpenſatio, cur non æque in ſolis ſolennibus, quæ moribus ſaltem ſunt recepta.

vid. J. P. W. P. 3. tit. 4. §. ult. ibique Beſoldus, Diſſ. 3. th 37. Myler de ſtat. Imp P. 2. Cap. 50. §. 10. Dn. Schvveder Introd. ad Jus Publ. P. 2. Sect. 2. Cap. 14. §. 4. Manz. de Teſtam. val. & inv. tit. 5. qu. 8. n. 62. ſq.

Tit. 4. Von Teſtamenten ſo in Sterbens Läufften ꝛc. §. So ſetzen ꝛc.

21. In teſtamento peſtis tempore condito nullæ aliæ ſolennitates jure civili ſunt remiſſæ, quam ſola conſociatio, adeoque nec teſtium numerus imminutus eſt eo jure, nec rogatio omittenda; jure vero provinciali Wurtemb. in tali teſtamento æque ac in codicillo duorum vel trium teſtium ſpecialiter non rogatorum fides ſufficit.

vid. D. Harppr. Differ. J. Civ. & March-Bad. th. 10. ubi rationem hujus diſpoſitionis aſſignat.

unicus vero teſtis nec peſtis tempore ſufficit, licet ad juramentum in ſupplementum ſeſe offerat hæres in teſtamento ſcriptus.

D. *Bardili Exercit. ad Pand. 3. Concl. 27. lit. d.* an vero etiam fœminæ ad teſtimonii dictionem in hoc caſu admittendæ ſint? dubium videri poſſet ex eo, quod jus provinciale requirat taugliche Zeugen, quales fœminæ in materia teſtamentorum non ſunt, verum enimvero cum in teſtamento privilegiato paterno & ad pias cauſas fœminæ quoque in claſſem der tauglichen Zeugen referantur,

vid. Jus prov. p. 3. tit. 5. §. Bey dem erſten & *tit. 6.* §. und erſtlich.

fœminas

foeminas a teſtimonio dicendo hic quoque non excludi verius eſt.

D. Bardili Ex. 2. C. 27. lit. g. D. Harppr. Differ. J. Civ. & W. th. 18. Carpz. p. 3. C. 4. d. 6.

21. Jure communi teſtamentum peſtis tempore conditum valet perpetuo, etiam poſt intermiſſionem peſtis, quamdiu nempe teſtator in eadem voluntate perſeveravit. d. §. So ſetzen ꝛc.

Carpz. Jpr. for. p. 3. Conſt. 4. def. 5.

jure verò provinciali tempus, quo tale teſtamentum valet, reſtrictum eſt ad biennium, ad exemplum teſtamenti militaris, quod poſt miſſionem honeſtam intra annum tantum valet,

Bardili Ex. 3. Concl. 28. lit. c.

23. Licet ipſe teſtator peſte non decumbat, vel ipſius domus lue non ſit infecta, ſi tamen ea ſit peſtis vehementia, ut quaſi jam evacuarit civibus urbem, nec a ſano quoque debitus teſtium numerus facile convocari queat, tale teſtamentum coram duobus vel tribus teſtibus conditum valebit, idem dicendum, ſi alius morbus contagioſus in urbe graſſetur.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 3. th. 35.

item, ſi quis in loco, ubi pauci extant homines, ſubito morbo corripiatur, ita ut nec ſcabinos, nec actuarium, nec publicum notarium, nec legitimum teſtium numerum habere poſſit, tale teſtamentum tanquam neceſſitatis tempore conditum jure provinc. validum eſt, licet de jure communi aliud dicendum ſit. §. Wann ſich dann ꝛc.

D. Harppr. Differ. J. Civ. & W. th. 17. Bardili Exerc. 3. Concl. 1. lit. l.

& ſic quoque in teſtamento ruri condito duo vel tres teſtes ſufficiunt de jure Wurtemb. ſi plures haberi non poſſint, non tamen abſolute, ſed prævia Principis cognitione, & accedente ejus deciſione.

D. Harppr. d. Differ. th. 19.

Th. 5. Von *privilegirten* Teſtamenten der Eltern ꝛc.

24. Non ſolum mares, ſed etiam fœminæ, adeoque utriusque ſexus parentes, & ſeparatim, & ſimul in una charta, privilegiario modo teſtari poſſunt; è contrario liberos inter parentes teſtari volentes jure communi teſtari oportet.

§. Wann Vatter ꝛc.

Beſold Diſſ. de Teſtam. privil. parentum inter lib. 20.

§. Bey dem erſten ꝛc.

25. Si propria voce & per nuncupationem explicitam, vel implicitam teſtari velint parentes, ſufficiunt duo teſtes, uno eodemque tempore adhibendi, nec intereſt, rogati ſint, nec ne? num maſculi an fœminæ? nam in teſtamento privilegiato de veritate ſaltem quæritur, non de ſolennitate, præſertimcum naturali jure parentum hæreditas liberis debeatur: eſtque voluntas hæc paterna non præciſe de liberis primi gradus, ſed & nepotibus atque ulteriori gradu accipienda, exceptis ſaltem liberis naturalibus, niſi mater tales habeat.

Plebſt ad J. P. W. Diſſ. 3. th. §. 53. & §. 54.

§. Da aber ꝛc.

26. In ſcriptis vero teſtari valent parentes etiam abſque ullis teſtibus, modo ſcheda vel charta manu propria conſcripta ſit, vel ſpecialiter ſubſcripta, generalis enim ſubſcriptio non ſufficit, nec ſola ſigillatio, quamvis enim ſigillatio alias tantum operetur, quantum ſubſcriptio

ſcriptio, & generalis quoque ſubſcriptio ſufficiat non ſolum in negotiis inter vivos, ſed etiam in teſtamentis ſolennibus, tamen hoc non procedit, quando lex, uti hoc in caſu jus Wurtemb. pro forma requirit ſubſcriptionem ſpecialem.

D. Bardili Diſſ. de ſubſcript. Cap. 6. num 26. Carpz. Ipr. for. p. 3. C. 4. def. 18. num. 7.

27. Deinde opus eſt, ut non ſolum per integras literas, ſcil. quoad portiones hæreditarias & legata, d. §. Da aber ꝛc.

vid. Beſoldi Diſp. de Teſtam. privil. par. th. 65.

ſcriptum ſit tale teſtamentum privilegiarum inter liberos, ſed & ut annus, menſis & dies ſimul exprimatur, idque propter ſuſpicionem fraudis, quam in defectu teſtium aliarumque ſolennitatum expreſſio temporis detegere poteſt, & ſi omittatur tempus, conſtare nequit, duobus forte repertis teſtamentis, utrum prius ſit vel poſterius.

Carpz. Ipr. for. d. Conſt. 4. def. 17.

28. Cæterum nil refert, quibus verbis utatur teſtator, dummodo conſtet, quod liberos ſibi hæredes eſſe voluerit. §. Ferner ꝛc

L. 15. C. de Teſtam. ibique Brunnem. Beſold. d. Diſp. th. 73.

exhæredatio tamen liberorum, tanquam res magni momenti, de jure Wurtemb. fieri nequit in teſtamento paterno minus ſolenni; & ſi parens unum ex liberis præterierit, teſtamentum tamen tale privilegiarium pariter ipſo jure nullum eſt, ita ut hiſce in caſibus nec legata præſtanda ſint, etiamſi clauſula codicillaris fuerit adjecta.

Beſold d. Diſp. th. 33. & 74.

25. Jure

§. Conſten zc. 29. Iure civili, quamvis perſona extranea, una cum liberis, in teſtamento paterno, adhibitis duobus teſtibus, legato honorari poſſit, attamen hæres in eo inſtitui nequit, ſed talis inſtitutio extranei in teſtamento paterno facta habetur pro nulla, & pars extraneis aſſignata liberis accreſcit.

L. fin. C. fam. erc. Nov. 107. c. 1.

Jure autem Wurtemb. non tantum quoad legata & fideicommiſſa, ſed & quoad ipſam hæredis inſtitutionem & ſubſtitutionem ratione extranei ſubſiſtit tale teſtamentum, adhibitis 2. teſtibus, ſcil. ſi in ſcriptis ſit confectum, nam in teſtamento paterno nuncupativo extraneis nihil relinqui poteſt.

Beſold d. Diſp. *th.* 47. *& ſq. itemque th.* 79. *& ſq.* D. *Harppr. Tract. Academ. XI. de Admixtione perſonæ extraneæ in diſpoſitione parentum inter liberos, th.* 41. *&* 42. *Id. in Reſp.* 12. *num.* 243.

pro extraneis autem perſonis habentur omnes illæ, quæ non ſunt ex numero deſcendentium, pater & mater, fratres & ſorores, vitricus & noverca, maritus & uxor, imo etiam liberi adoptivi & naturales, non vero naturales intuitu matris.

D. *Harppr. d. Tr. Ac. XI. th.* 7. *& ſq.*

legata tamen ad pias cauſas, & parentibus ſuperſtitibus relicta, etiam non adhibitis teſtibus, jure Wurtemb. præſtari jubentur.

D. Harppr. d. Tr. Ac. XI. th. 9. *& in Contin.* Diſſer. *J. Civ. & Wurtemb. th.* 23.

hinc nepos legati, quo ipſum ejus pater oneravit, præſtationem ſuo avo faciendam, ſub ſolo obtentu defectus teſtium, recuſare nequit.

30. Clau-

30. Clauſula codicillaris in teſtamento imperfecto parentum inter liberos facile ſubintelligitur, quia enixa teſtatoris conteſtatio ſuam voluntatem omnibus modis valere volentis eam exprimere creditur. §. Es iſt auch ꝛc.

L. 4. pr. & §. 2. ff. de Vulg. & pup. ſubſtit. L. fin. C. fam. ercisc. Nov. 107. pr. L. 38. ff. de fideicom. libert.

ita ut propter eam Teſtamenta parentum, quæ propter defectum ſolennium valere nequeunt, in vim fideicommiſſi vel alterius diſpoſitionis paternæ ſubſiſtere debeant; at ſi tale teſtamentum ob præteritionem vel ex hæredationem corruit, tacita hæc clauſula codicillaris vim ſuam exerere nequit.

Dn. D. Schœpf. Dod. Theſ. & Differ. inter Jus Com. & Wurt. Th. 8. ad d. infra not. ad Tit. 20. §. 112.

cujus clauſulæ virtute prælegata liberis relicta effectum ſortiuntur, & ſubſtitutiones iisdem factæ in vim fideicommiſſi ſuſtinentur.

L. 76. ff. ad ff. ad SC. Trebell. L. 14. C. de fideicom. Beſold Diſp. de Teſtam. privil. par. th. 95. ſq. vid. Menckenii Diſp. de Codicillis parentum inter liberos ex privilegio conditis. th. 5. ſq.

31. Teſtamentum tamen tale paternum, ratione voluntatis imperfectum, adeo nullum eſt, ut nec virtute clauſulæ codicillaris ſanari poſſit; hinc ſi teſtator plures liberos habens, inæquales, quas ſingulis adſcribere voluit, excepto uno, partes ſingulis adſcripſerit, vel uni illorum prælegatum reliquerit; & cum proſequi vellet ſuam diſpoſitionem, obmutuerit vel deceſſerit, illa merito ratione voluntatis d. §. Es iſt ꝛc.

tatis imperfecta appellatur, ut prælegatum illud peti haut poſſit.

D. *Harppr. Tr. Acad. XII. de Teſtamento rat. volunt. imperfecto, th.* 14. 18. & 41. *Ejusd. Conſ.* 6.

quid dicendum ſit de caſu, quo parens, poſtquam ultimam voluntatem quoad liberos abſolviſſet, & extraneis adhuc legata relinquere vellet, fato abreptus fuerit, vel obmutuerit.

vid. D. Harppr. Tr. Acad. XI. de Admixt. pers. extran. th. 6. *add. Ejusd.* Reſponſum 59. *num.* 177. & *ſeqq.*

32. De jure civili in ſimplici diviſione bonorum inter liberos extra teſtamentum inſtituta ſola patris ſcriptura aut ejus ſola ſubſcriptio ad validitatem ejus deſideratur, ſicque multo minor ſolennitas,quam in teſtamento requiritur.

Nov. 18. *cap.* 7.

aliter ſe res habet in diviſione, quæ in teſtamento adſcribitur.

Nov. 107. *cap.* 1.

ſed de jure provinciali Wurtemb. ſimplex diviſio paterna etiam extra teſtamentum inſtituta eandem fere formam & ſolennitate præſcriptas habet, quæ ad privilegiatum teſtamentem inter liberos neceſſariæ ſunt.

Beſold. d. Diſſ. th. 109. & *ſq.*

33. Variis autem modis parentes adhuc vivi bona ſua inter liberos dividere ſolent, ſcil. 1. in modum nudæ aſſignationis, ut dominium & adminiſtrationem ad dies vitæ ſibi reſervent. 2. per conceſſum ſimul adminiſtrationem, eamque vel nudam, vel cum uſufructu conjunctam. 3. per veram ac propriam donationem, quando vel mater donat, vel pater inter liberos ſui juris, vel ſi hic inter

liberos

liberos in ipſius poteſtate factam donationem uramento firmet. 4. per modum contractus innominati, ſi parens ea lege bona diſtribuat, ut liberi viciſſim v. g. ad debita in ſe recipienda, adque annuam præſtationem una cum habitatione adſtricti eſſe debeant. 5. Interdum eo pacto donant, ut in caſum neceſſitatis regreſſum in bona diviſa ſibi reſervent.

vid. D. Harppr. Tract. de Diviſione bonorum inter liberos à parentibus adhuc in vivis facta, part. 1. §. 10. & ſq. add. Reſp. 67. n. 139. ſq.

34. In teſtamento ad pias cauſas ex diſpoſitione juris provinc. Wurtemb. ratione ſolennium, etiam contra jus cummune, plura ſunt remiſſa; nam teſtari poteſt ex jure Wurtemb. etiam is ad pias cauſas, qui LL. alias teſtari prohibetur, v. g. prodigus, filiusfamilias.

Tit. 6. Von Teſtamenten ad pias cauſ. §. Und erſtlich ꝛc. & ſq.

D. *Bardili* Diſp. *de Legatis ad pias cauſ. th.* 10.

& ſi per nuncupationem fiat tale teſtamentum, ſufficiunt duo teſtes, etiam non rogati, maſculi vel fœminæ; ſi in ſcriptis, ſatis eſt, ſi teſtator ipſe ſcripſerit vel ſubſcripſerit, licet nullus plane teſtis fuerit adhibitus, ac ſcheda teſtatori non fuerit prælecta.

Lauterb. Diſp. de Domicilio pauperum, th. 17.

licet etiam annus, menſis & dies non ſit adſcriptus, modo de manu teſtatoris conſtet, vel iſta duobus teſtibus probari poſſit, valet diſpoſitio ad pias cauſas.

D. Harppr. Tr. Acad. XI. de Admixtione pers extran. th. 35. n. 7. it. Contin. Differ. J. Civ. & Wurtemb. th. 24.

quid vero habendum ſit de ſcheda præparatoria, in qua ad pias cauſas aliquid relictum eſt, *vid.*

vid. Tr. Ac. XII. de Teſtam. rat. voluntat. imperf. th. 14. num. 24. & 28. it. th. 42, 43. & 47. It. Conſ. 6. num. 106. & ſeqq. Bardili Exerc. 3. Concl. 6. lit. e.

porro ſi in teſtamento non privilegiato ex defectu ſolennium hæredis inſtitutio corruat, legata tamen ad pias cauſas in eo relicta ſalva manent.

Lauterb. d. Diſp. de Domicil. paup. poſſit. 17.

e contrario, ſi in teſtamento privilegiato ad pias cauſas perſonis etiam non privilegiatis legata ſint adſcripta, hæc quoque præſtari debent de Jure Wurtemb. licet quinarius teſtium numerus non fuerit adhibitus.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 3. th. 49.

§ Und damit zc. 35. Legata ad pias cauſas proprie dicuntur tum in genere illa, quæ conferuntur ad conſervationem & promotionem cultus divini & miniſterii eccleſ. tum in ſpecie, quæ Eccleſiis relinquuntur, quod ipſum fit non ſolum expreſſe, verum etiam tacite, ſi nimirum Deo aliquid relinquatur, ſi quis Chriſto legatum adſcripſerit: ſi vero legatum relictum ſit Parocho vel Diacono, id ad pias cauſas non refertur, ſecus ſi Parochiæ vel Diaconiæ ſit relictum: plures ſpecies recenſitas vid.

in ipſo jure provin. h. t. §. ult. Bardili Diſp. de legatis ad p. c. th. 16. & ſq. Id. Exerc. ad Pand. 8. Concl. 4. Plebſt. ad J. P. W. Diſp. 3. th. 67. Lauterb. de Domic. paup. poſit. 9. 10. & 11. add. Dn. Bœhmeri Jus Eccleſ. Lib. 3. tit. 5. §. 22. & ſequ.

36. In hoc Ducatu illi, qui teſtamenti factioni interſunt, certis in caſibus jubentur, ut teſtatorem admoneant de legatis pauperibus relinquendis.

vid.

vid. die Würtemb. Kaſten-Ordnung, *Cap.* 1. *pag.* 330. *ibi*: Es ſollen auch unſere Gerichts-Perſohnen und Stadtſchreiber, vor welchen *Teſtamenta* aufgerichtet werden, deßgleichen die Pfarrer und *Diaconi* die *teſtirende* Krancke und Sterbende, ſo ſolches wohl vermögen, und nicht ſonderliche Leibes-oder angebohrne Erben haben, zu einem Teſtament und milden Handreichung in den Kaſten mit Fleiß vermahnen.

37. Æqualitas illatorum in ſocietate conjugali Jure Wurtemb. non requiritur, ſed acquiſita durante matrimonio communia ſunt, nullo diſcrimine facto, an unus ex conjugibus plura bona, pluresve operas, vel majorem induſtriam & diligentiam contulerit. *Tit. 7. De mutuis teſtamentis. §.* Wann Eheleuth *x*

Beſold ad J. P. *W. Diſp.* 3. *th.* 52.

ex eo vero, quod munera nuptialia in h. §. wann Ehleuth *x*. ad acquæſtum conjugalem referuntur, colligere eſt, ſocietatem bonorum conjugalem ſtatim poſt benedictionem ſacerdotalem, ante ingreſſum thori conjugalis, contractam atque initam cenſeri.

Lauterb. Diſſ. de Ære al. in S. C. contr. ſolv. §. 13. *ubi à ſententia antea tradita in* Diſp. *de Societ. bon. conjug. Cap.* 2. §. 21. *recedit.*

38. Ex d. §. wann Eheleut, h. t. porro colligitur, quod in hoc Wurtemb. Ducatu, bona a quolibet conjugum acquiſita, ex primo acquiſitionis momento, ſtatim alteri conjugi, ipſo jure pro dimidia, quoad dominium & poſſeſſionem communicentur, ita ut etiam uxor à marito quæſitorum dominium & poſſeſſionem absque ulla ceſſione vel corporali traditione confeſtim acquirat, & lex ipſa in uxo- *d. §.* Wann Eheleuth *x* §. Was dann *x*.

rem pro ſua dimidia recta & pure dominium hoc transferat.

vid. d §. ibi: ſolle an dem Errungenen jedem Ehe-Gemächt der halbe Theil zugehörig seyn. *& §. sequ.* Was dann ꝛc. *verb.* ſamt obermeltem ſeinem Theil Errungen und Gewonnens ꝛc. *& paulo poſt* : ungeachtet das Weib von dem Ihrigen ꝛc. *Lauterb. d. Diſſ. de Ære alien. §. 63. n. 4. & 7. D. Harppr. Tr. de Renunciat. acqu. conjug. §. 16. p. 24. it. §. 28. & 57.*

ut adeo erronea ſit illorum ſententia, qui quæſtuum communionem ex jure ſucceſſionis derivant, cum lucra quæſtusque hi communicentur jure ſocietatis, & in jure provinciali expreſſe ſeparentur à bonis hæreditariis.

vid. Jus prov. p. 4. tit. 5. §. Und dann ꝛc.

alias enim ſequeretur, morientem ſuccedere vivo, quippe moriens v. g. uxor ſuam acquiſitorum partem jure ſucceſſionis à marito adhuc vivente caperet, adque ſuos transmitteret hæredes, quod ab omni juris ratione alienum.

Lauterb. *Diſſ. de ſocietate bon. conjug. C. 1. §. 4.*

d. §. Wann Eheleuth ꝛc.

39. Acquiſita autem conſtante matrimonio eatenus inter conjuges ſunt communicanda, quatenus communi induſtria, quæſtu aut opera alterutrius conjugum acquirantur, inde hæreditates, legata, donationes &c. uni conjugum obvenientes non communicantur.

d. Diſſ. Cap. 4. per integr.

quid de hiſce acquiſitis ſecundum principia Juris Germanici antiqui ſtatuendum ſit, de eo v.

D*n. Bœhm.* Diſſ. *de Æris al. int. Conjug. Hamb. Commun. §. 17.*

ſi vero maritus v. g. literatus bibliothecam, miles arma bellica, opifex inſtruenta opificii

cii ſui, ruſticus vel auriga equos & inſtrumenta ad agriculturam vel vecturam neceſſaria, durante matrimonio comparaverit, etiam hæc, quia in communem familiæ utilitatem acquiſita & comparata ſunt, ad acquæſtum conjugalem referuntur, ac marito prædefuncto inter ejus hæredes & ſuperſtitem uxorem dividuntur, prædefuncta autem uxore mariti præcipuo cedunt.

add. infr. not. ad part. 4. tit. 4. §. 13. Lauterb. de Ære al. in S. C. contr. §. 19. & 20.

40. E contrario proprietas rerum, quæ conjugum tempore contractæ ſocietatis fuere, non communicatur, inde augmentum, quod ſolius temporis vel naturæ beneficio accedit, ad eum pertinet, cujus eſt res ipſa principalis. v. g. ſi domus à marito ante matrimonium emta ſit, & durante matrimonio pluris valere cœperit, ita ut primum exiguo pretio parata, nunc longe majori vendatur, hoc augmentum, temporis beneficio proveniens, eadem ratione ad maritum ſpectabit. *d. §. Wann Eheleuth ꝛc*

d. Diſſ. Cap. 4. §. 12. & 15.

41. Interim contrarium quoque pactum, quod nulla inter conjuges bonorum communio ſeu ſocietas eſſe, ſed ſua quisque habere debeat, vel quod certæ ſaltem partis, certarumve ſpecierum aut corporum ſocietas inter ipſos vigere debeat, validiſſimum eſt. *d. §. Wann Eheleuth ꝛc*

vid. d. §. Wann Eheleuth ꝛc. *ibi* : ohne ſondere *paction*, Verdingung oder Ehe-Beredung in die Ehe zuſammen getretten ꝛc. *Lauterb. Diſp. de Societ. bon. conjug. Cap. 2. §. 24. & Cap. 6. §. 1. & Diſſ. de Ære al. in* S. C. *contr. §. 9. num. 7.* D. *Harppr. Cons. 43. num. 20. & ſequ.*

& quod tale pactum non ſolum ante matrimonium, ſed & conſtante eo fieri poſſit.

vid. D. Harppr. Tr. de Renunciat. acqu. conj. §. 80. Ejusd. Reſp. 67. num. 68. & ſq.

an vero præmortuo marito uxor ſuperſtes tale pactum & renunciationem acquæſtus conſtante matrimonio factam tanquam ſibi damnoſam revocare queat?

vid. d. Tr. §. 62. & 80. d. Reſp. n. 83. ſq.

§. Was dann ꝛc. 42. Quamvis uxor absque conſenſu mariti de bonis ſuis inter vivos pro lubitu diſponere nequeat, tamen aliud dicendum de alienatione, quæ fit mortis cauſa, per teſtamentum vel aliam ſpeciem ultimæ voluntatis, nam nec conjugum teſtamenta ab alieno arbitrio, alterius nempe conjugis, pendere debent, ſed quilibet juſtam ſuæ propriæ voluntatis ſententiam, coram Principe, Judicibus vel Teſtibus, declarare valet, per generalitatem.

L. 1. *ff. qui teſtam. fac.* L. 32. *ff. de hær. inſtit.* quæ in conjugum teſtamentis nullibi limitatæ reperiuntur.

§. Als uns auch ꝛc. 43. Poſſunt tamen conjuges in teſtamento mutuo ſive reciproco unico actu teſtari, ſeque invicem hæredes ſcribere, nam in tali caſu una ordinationis ſolennitas ſufficit, & de illa cujuslibet teſtatoris diſpoſitio in ſolidum participat, modo teſtes ab unoquoque conteſtatorum ſpecialiter rogati, uniuscujusque teſtamenti nomine ſubſcribant & ſubſignent.

D. Harppr. Conſ. 54. num. 34. & ſq.

d. §. Als uns ꝛc. 44. Hac tamen unica ordinationis ſolennitate non obſtante, in ejusmodi teſtamento reciproco tot ſunt diſpoſitiones, quot ſunt perſonæ

ſonæ teſtantes, & quot hæreditates, alia enim eſt perſona mariti, alia uxoris, alia mariti & alia rurſus uxoris hæreditas, inde eſt, quod uti altera perſona alteri teſtamentum non condit, ita etiam quælibet ſuam voluntatem mutare vel revocare poſſit, tam vivo quam mortuo conjuge.

D. *Harppr. Reſp.* 18. *num.* 24. 36. & *ſequ. add. Ejusd. Diſp. de Recipr. inter conjuges ſed coacti teſtamenti revocatione.*

modo de Jure Wurtemb. ſi conjux tale teſtamentum reciprocum vivo altero conjuge mutare velit, alter conjux de teſtatione nova vel veteris mutatione, ſi hæc in damnum & præjudicium ejus tendat, certior reddatur, aſſenſus enim hoc in caſu non requiritur, ſed certioratio ſufficit.

Beſold ad J. P. *W. Diſp.* 3. *th.* 59.

aut hæc ipſa mutatio fiat ex juſta ad exhæredandum cauſa, in teſtamento expreſſa & ab hærede ſcripto probata, quo caſu nec certioratione opus eſt. Nam ſi clam, vel ſine juſta cauſa fiat talis revocatio, conjux revocans omne id, quod ultra legitimam ipſi in ejusmodi teſtamento reciproco relictum fuit, pœnæ loco amittit.

Lauterb. *Diff. J. Com.* & *Prov. W. part.* 3. *th.* 16.

45. Exinde porro ſequitur, quod ſi unius teſtamentum quacunque de cauſa injuſtum, nullum & irritum ſit, tamen alterum, quod legaliter & valide ordinatum eſt, valeat ac ſubſiſtat, v. g. ſi uxoris teſtamentum non valet, quia maritus ſeipſum hæredem ſcripſit, mariti *d. §. Als uns &c.*

 volun-

quippe quæ ad obligationem quidem conſtituendam, non vero ad hæreditates deferendas à legibus formata ſunt. §. Wann zwey Ehegemächt ꝛc.

vid. Dn. *D. Graß Collat. J. Civ. cum Receſſ. Imp. Sect. 5. th.* 1.

quemadmodum autem pactis ejusmodi ſucceſſoriis in ſe nulla moralis turpitudo ineſt, ſed tota hæc prohibitio ad jus mere poſitivum pertinet. §. Es ſollen ꝛc.

D. *Harppr.* Differ. *March-Bad. part. 6. th.* 1.

ita communi fere Germaniæ conſuetudine pacta hæc recepta ſunt,

Dn. *Stryck Tr. de Succ. ab int. Diſſ. 8. C. 5.*

Jure quoque Wurtemb. inter conjuges expreſſe approbata & certis ſolennibus informata, ita ſcil. ut pacta dotalia de ſuccedendo, quæ expreſſam hæreditatis aut ſucceſſionis mentionem faciunt, ſive dein ſucceſſio in univerſa hæreditate, ſive aliqua ejus parte, ſive certis ſaltem bonis alicui deferatur, tanquam ultimæ voluntatis naturam habentia, eo modo & forma, quæ in h. t. præſcripta, ſi valere debeant, præciſe ſint conficienda.

vid. §. *Es* ſollen ꝛc. *b. t. ibi*: *es* ſeye darinn allein wegen Vererbung der Heyrath-Güther, oder alles ihres übrigen Vermögens Vergleichung geſchehen. *Lauterb. Diſp. de* Donat. *propt. nupt. th. 16. Bardili Diſp. de Succeſſ. Conjugum th.* 44.

unico autem actu & contextu ut fiant, neceſſe non eſt, nec ſimultanea teſtium præſentia requiritur, dummodo teſtes ab ipſis paciſcentibus audiverint contenta pacti & ab ipſis ad ſubſcribendum fuerint requiſiti.

D. Harppr. Tr. Acad. IV. de Pignore *in pactis dotalibus conſtituto, th.* 10. *num. 9. Lauterb.*

terb. in Colleg. Theor. pract. ad Tit. de pact. dot. §. 12.

illa vero pacta dotalia, in quibus non de ſucceſſione per modum ultimæ voluntatis diſponitur, ſed quæ per modum contractus fiunt, v. g. de periculo dotis, de acquæſtu conjugali ex imparibus vel paribus portionibus dividendo, vel de conjugis alterius totali ab illo excluſione, vel de illo in caſum, ſi uxor moriatur, jure fideicommiſſi conventionalis, mariti liberis reſtituendo, item de liberorum educatione, dotatione & ſimilibus articulis actum & pactum fuerit, etiam coram duobus teſtibus confici, vel alia ratione teſtato fieri poſſunt.

arg. pr. h. t. ibi: wann zwey Ehegemächt mit aufgerichteten verbriefften oder unverbriefften doch beweißlichen Gedingen, *pactionen* und Ehe-Beredungen in die Ehe zuſamen kommen. *D. Harppr. Reſp. 1. Tractatui Acad. 4to ſubj. num. 155. & ſq. Id. in Differ. J. Civ. & March-Bad. th. 86. add. Dn. D. Schœpf. Decis. 269.*

fœminæ tamen in hoc Ducatu in pactis dotalibus conficiendis, ſive iſta in modum ultimæ voluntatis, ſive in modum contractus fiant, ſemper curatoris aſſiſtentia opus habent.

Wibelius de Contract. mulier. Cap. 4. n. 21.

d. §. Wann zwey Eheleuth 2c.

§. Aber Beeden 2c.

48. Pacta iſta dotalia, ſive per modum contractus ſive per modum ultimæ voluntatis condita, in hoc Ducatu ab una parte in damnum alterius revocari nequeunt, niſi ex juſta cauſa ad exhæredandum ſufficiente, quamvis enim ultimæ voluntatis vim habeant, pacta tamen ſunt, ab initio quidem voluntatis, ex poſt facto autem neceſſitatis.

Bardili Diſp. de Revocat. ult. volunt. th. 72.
ita ut nec ad portionem ſtatuto indultam redi-
tus amplius concedatur, idque ſive portioni
ſtatutariæ aliquid addant ſive detrahant.

Bardili Diſp. de Portione ſtatutar. th. 16. D. Schœpf Decis. 270. num. 8. & ſeqq.

nec ex capite læſionis enormis talia pacta im-
pugnare licet, cum talis læſio ab incerto for-
tunæ eventu pendeat.

D. Harppr. d. Tr. Acad. IV. Reſp. 1. n. 17.

quæ vero in favorem conſanguineorum in iis ordinantur, inſtar legatorum ſunt, & vim ultimæ voluntatis retinent, adeoque pro lubitu revocari poſſunt, cum per talem ordinationem nullum adhucdum jus in eos translatum ſit, niſi ſtipulatio ex parte horum acceſſerit. §. Und wann ꝛc.

vid. Plebſt ad J. P. W. Diſp. 3. th. 83.

49. Si conjuges pacta dotalia his verbis concipiunt: daß beede Ehegemächt bey der Landrechtl. diſpoſition verbleiben, und keines dem andern zum Nachtheil durch Teſtament oder in andere Weeg darwider etwas fürnehmen oder verordnen wolle: tum quod hiſce pactis ſtandum ſit, & neuter conjugum in alterius præjudicium iſta revocare poſſit, patet ex iis, quæ in §. fin. h. t. diſpoſita reperiuntur: quando autem conjuges in genere & ſine ſpeciali determinatione mentem ſuam hæc ratione explicant: Daß ſie auf das Land-Recht heyrathen wollen, cum facultatem teſtandi per jus provinciale ipſis non ademtam eſſe, ſalva tamen legitima cuique conjugum hoc jure debita, pariter edocemur ex hoc ipſo §. fin. §. Nachdem ſich auch ꝛc.

conf. Beſoldus ad Jus prov. Wurtemb. Diſp. 3. th. 72. Plebſt ad J. P W. Diſp. 3. th. 84. add. D. Scheinemann Diſp. de Autoritate legum civilium extra territorium LLatoris Cap. 2. §. 6.

ubi in ſimili, quando conjuges extraneæ ſive extra Ducatum degentes paciſcuntur: Daß es ihrer ſucceſſion halber auf alle künfftige Fälle bey Verſehung des Fürſtl. Würt. Land-Rechts verbleiben ſolle ꝛc. Jus provinciale Wurtemb. poſt fata unius vel alterius conjugum, ex pacto ſcil. & voluntate paciſcentium, intuitu ſucceſſionis ipſorum, pro norma obſervandum eſſe docet.

D. Scheinem. d. Diſp. Cap. 2. §. 6.

Tit. 9. Von Ein-Kindſchafften ꝛc. §. Nachdem ꝛc.

50. Ad pacta ſucceſſoria, moribus & ſtatutis locorum introducta pertinet etiam unio prolium, quæ eſt conventio inter parentes ad ſecunda vota tranſeuntes legitime inita, qua agitur de liberis diverſi matrimonii inter ſe pariandis & exæquandis, ut quoad paterna & materna præprimis bona non aliter habeantur, ac ſi ex eodem matrimonio eſſent procreati.

D. Bardili Diſp. de Unione prolium, th. 3.

hoc pactum ergo bona unientium afficit, ita ut liberis per unionem proprietas illorum adimatur, bonaque eorum cum aliis confundantur, quæ ipſi parentes habent, in eamque conditionem veniant, ac ſi utrinque naturales parentes in vivis eſſent.

Dn. Stryck Tr. de Succ: ab inteſt. Diſſ. 8. C. 6. §. 17. D. Harppr. Reſp. 19. n. 96. & ſq.

d. §. Nachdem ꝛc §. Nach Anleitung ꝛc.

51. Unio prolium quamvis ſit actus voluntariæ jurisdictionis, tamen quia cauſæ cognitionem & decretum requirit, non coram quovis

vis magiſtratu, ſed coram competente, expedienda eſt. §. Da aber ꝛc.

Lauterb. Diſp. de Voluntar. Jurisdict. th. 25.
porro tutorum & curatorum authoritas & conſenſus neceſſarius eſt in tantum, ut pupillis ac minoribus curatorem non habentibus ad hunc actum tutor vel curator ſpecialiter debeat conſtitui: & hi in ipſo negotio præſentes eſſe debent, ita ut ratihabitio eorum, unionem abſentibus ipſis factam validam reddere nequeat, niſi pupilli & minores ſponte ei ſtare velint.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 3. th. 95.
nec abſentia tutorum per judicem ſuppleri poteſt, quia ſine iis pactum hoc nullum eſt, & ubi judex & tutor ſimul deſiderantur, unus alterius abſentiam ſupplere nequit, nec judex vicem duarum perſonarum ſuſtinere poteſt.

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 3. th. 91.
propinquorum etiam & cognatorum judicium & voluntas exploranda eſt, ob conſilium namque conjunctorum præſumitur fraus & dolus abeſſe.

arg. L. 35. C. de Transact.
& quidem jure Wurtemb. ad minimum trium, quodſi tales inveniri nequeant, unius præſentia ſufficit.

vid. pr. in fin. h. t. ibi: Da mans anderſt haben kan.
aut ob defunctum cognatorum etiam affines:
Lauterb. de ſingulari Affinium jure, Diſſ. 2. C. 8.
amici, vel alii honeſti viri uniendis ſpectata familiaritate conjuncti adhiberi poſſunt.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 3. th. 80.

&

& quamvis hodie tutores raro autoritatem ſuam accommodent, ſed ipſi ſoli, remotis etiam & abſentibus pupillis, omnia fere negotia peragant, & in adoptione filiiſam expreſſus conſenſus non ſit neceſſarius, ſed ſufficiat tacitus;

L. 5. *ff. de Adopt.*

Jure tamen provinciali in hoc negotio expreſſus liberorum conſenſus requiritur, unde ſi impuberem ætatem compleverint, ipſi in judicium vocandi, eorumque voluntas exploranda eſt, & ſine eorum voluntate non facile ad pariationem procedendum.

Bardili d. Diſp. de Unione prolium, th. 10.

§. Damit auch ꝛc. 52. Diligens quoque cauſæ cognitio requiritur circa unionem prolium conficiendam, §. Immaſſen ꝛc. hinc inventarium ante omnia exhibendum, eo enim omiſſo cauſæ cognitio rite fieri nequit; in hac reſpiciendum non ſolum ad liberorum & parentum facultates, & ſi diſparitas aliqua appareat, liberis prioris vel poſterioris matrimonii præcipuum aliquod aſſignandum, ſed etiam ad conditionem tum parentum, tum etiam pariandorum, ætas, item numerus & valetudo liberorum expendenda: in primis diligenter advigilare debet magiſtratus, ne ſub unionis obtentu alter alterius facultatibus potius inhiare, quam conjugalis amoris arctiorem conjunctionem & vitæ concordiam appetiiſſe videatur.

D. Bardili d. Diſp. th. 11.

cauſa cognita deeretum magiſtratus interponendum, & melioris probationis gratia ſcriptura

tura deſuper conficienda, quæ tamen non eſt de eſſentia hujus actus.

arg §. Wo dann ꝛc. *h. t. ibi*: Verbriefft oder unverbriefft.

ex reliquis vero requiſitis unum vel alterum ſi deficiat, unio eſt ipſo jure nulla, quia omiſſa formalis ſolennitas totum actum vitiat, & ſi plura copulative requiruntur, non ſufficit alterutrum adfuiſſe.

Bardili d. Diſp. de Unione prol. th. 13. & ſq. add. Dn. Stryck de Succ. ab int. Diſſ. 8. C. 6. §. 7. & ſq.

53. In hanc unionem ea ſaltem veniunt bona, quæ pleno jure poſſident liberi, præſentia, non futura, inde non communicantur bona hæreditaria quæ liberis poſt unionem, aliunde quam ex ſucceſſione paterna vel materna obveniunt, idque nec pacto fieri poteſt niſi cum eorum conſenſu, à quibus proveniunt ejusmodi bona, nam aliter de hæreditate tertii paciſci non licet. § Und damit ꝛc.

Beſold ad J. P. *W. Diſp. 3. th. 88.*

neque huc pertinent bona caſtrenſia vel qs. caſtrenſia, vel quæ liberi habent ex mercatura, opificio vel alia honeſta ratione acquiſita, idem dicendum de feudis, fideicommiſſis & ſimilibus.

Bardili d. Diſp. th. 33. Dn. Stryck Tr. de S. A. J. Diſſ. 8. Cap. 6. §. 20.

54. Unio prolium hanc tacitam habet conditionem ſi liberi naſcantur; ſi igitur ex ſecundo matrimonio liberi communes non ſint nati, vel non amplius ſuperſtites, deficit conditio, & conſequenter ipſa unio ſub hac conditione facta, etiamſi utriusque conjugis liberi ex priori ma- §. Wann nun ꝛc. §. Wie dann ꝛc. §. Und iſt ꝛc.

ri matrimonio ſuperſint, niſi aliud inter paciſcentes fuerit actum.

vid. §. Wie dann ꝛc. *in fin. h. t. Bocer Cl. 3. Diſp. 12. th. 18.* D. *Schœpf. Decis. 1. n.* 10.

præmortuis vero liberis ſi nepotes adhuc ſine ſuperſtites, hi ſuccedunt jure repræſentationis in ſtirpes.

Bardili, d. Diſp. th. 39. Dn. Stryck *de S. A. J. d. Diſſ. 8. Cap. 6.* §. 21.

§. Es ſollen ꝛc. 55. Morte alterutrius parentum inſecuta, ac diviſione hæreditatis ſemel facta, protinus expirat unio, ita ut porro neque liberi uniti ſibi invicem ſuccedant, niſi per pactum ſpeciale extenſio etiam ad fratrum ſucceſſionem facta ſit.

D. *Schœpf.* Decis. 247. *num.* 15.

neque ſuperſtes conjux liberis unitis ſuccedat.

D. *Harppr. Reſp.* 79. *num.* 56. & 61.

quod procedit, etiamſi a conjuge ſuperſtite nulla digreſſio ad novas nuptias facta ſit, in tantum, ut vitricus vel noverca in partibus hæreditariis liberorum unitorum nec uſumfructum ſibi vindicare queat, ſed liberis primi matrimonii proprietas cum uſufructu protinus reſtituenda ſit.

D. *Harppr. Tr. de Uſufr. mat. qua conſtituendo,* §. 19.

an autem per unionem prolium tollatur factio teſtamenti?

vid. Dn. *Stryck in Uſu Mod. Tit. de Adoption.* §. 23. D. *Harppr. Tr. Acad. IV. de pign. in pact. dotal. conſtit. th.* 36. *num.* 14. D. *Schœpſ. d.* Dec. 247. *n.* 21. & *ſq.*

§. Geſtalt dann ꝛc. 56. Ex capite læſionis unio iſta reſcindi nequit, niſi error probabilis, dolus, vel enormiſſima læſio, ut liberi nec legitimam ſalvam

habeant

habeant, probari poſſint; parva autem inæqualitas non attenditur, nec ea, quæ ex poſtfacto ob ſupervenientiam liberorum contingit.

arg. L. 8. *C. de Reſcind. Vend.*

& qui ſcivit, unioniem non rite & legitime factam, hoc vero non attento portionem hæreditariam accepit, is juri ſuo renunciaſſe cenſetur.

Bardili *d.* Diſp. *th.* 57.

57. Porro unio reſcindi nequit à majoribus ex eo, quod minores curatoribus fuere deſtituti, ſi minores illam ceu utilem ſibi & proficuam ſervare velint, quia quod in favorem alicujus introductum eſt, in odium ejus detorqueri non debet, & hæc exceptio eſſet de jure tertii, quæ excipienti non prodeſt. §. Alſo màgen, ꝛc.

vid. Beſc. l. ad J. P. *W. Diſp.* 3. *th.* 93. & 94. D. *Schœpſ. Decis.* 1. *n.* 5. & *Dec.* 247. *n.* 7.

58. Qui non habent teſtamenti factionem activam, ſive qui teſtamentum condere nequeunt, illi nec teſtes eſſe poſſunt in teſtamento; hinc de jure Wurtemb. qui decimum ſextum ætatis annum nondum compleverunt, ita ut decimum ſeptimum annum attigerint ſive ingreſſi ſint, non poſſunt teſtimonium perhibere in teſtamento vel alia ſuprema voluntate. *Tit* 10. Von Teſtamentlichen Zeugen ꝛc. §. Es kan ꝛc.

D. Harppr. Differ. J. *Civ.* & *Wurtemb. th.* 21. & Differ. *March. part.* 5. *th.* 9.

porro, qui non habent teſtamenti factionem paſſivam, ſive qui non capere poſſunt aliquid ex teſtamento, teſtes eſſe non poſſunt; quo pertinent banniti, ad perpetuos carceres vel ultimum ſupplicium condemnati, ex damna-

to coitu nati, reſpicitur autem in ejusmodi negotiis, ubi teſtimonii dictio eſt ſolennitatis, ad habilitatem, quæ fuit tempore actus geſti, imo ſufficit habilitas etiam putativa, ſi modo teſtis opinione hominum pro idoneo fuit habitus.

§. Doch wann ꝛc.

vid. Hoppius ad §. 7. J. de Teſtam. ordin.

§. So dann ꝛc.

59. Non ſolum hæredes in teſtamento, in quo inſtituti ſunt, teſtes eſſe prohibentur, quia ſunt ſucceſſores juris, ſed & omnes, qui eidem per poteſtatem ſunt conjuncti, quia totum negotium, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia, creditur inter teſtatorem & hæredem agi.

§. 10. *J. de Teſtam. ordin. vid.* D. *Harppr. Diſp. de Teſtimonio teſtamentario hæredi interdicto, th. 7. & ſequ.*

ſi autem hæres ſit teſtis ſupernumerarius, teſtamentum non vitiatur; nec hæres in re certa inſtitutus, ſi alios habeat cohæredes, teſtimonium ferre prohibetur, cum ſit inſtar legatarii.

d. Diſp. th. 11.

maritus quoque in teſtamento uxoris, & vice verſa uxor in teſtamento mariti teſtes eſſe non prohibentur, cum non ſit unio poteſtatis inter maritum & uxorem; item tutores & curatores in teſtamentis minorum & mulierum pro teſtibus recte adhibentur.

d. Diſp. th. 23. Wibelius de Contractibus mulierum, Cap. 4. n. 131.

d. §. So dann ꝛc.

60. Legatarii & fideicommiſſarii teſtes eſſe poſſunt in teſtamento, ex quo legata capiunt, quia hi non ſunt ſucceſſores juris, ſcil. univerſalis, nec titulo univerſali, ſicut hæres ſuccedunt,

dunt, ſed ſolummodo titulo particulari rem ſibi aſſignatam percipiunt.

§. 11. J. *de Teſtam. Ordin.* D. *Harppr. Diſp. de Teſtimonio teſtament. legatariis permiſſo, th. 6. & ſq.*

hinc non dubitandum, quin etiam ille, qui à teſtatore conſtitutus eſt tutor & executor, & ſimul legato honoratus, teſtis pariter adhiberi poſſit; in teſtamentis tamen privilegiatis & minus ſolennibus teſtes eſſe nequeunt legatarii.

D. Harppr. d. Diſſ. th. 29. & 31.

an teſtimonium perhibere poſſit in teſtamento fideicommiſſarius univerſalis? Affirm.

Id. d. Diſp. *th. 15. & ſq.*

61. Hæredis inſtitutio veluti caput atque fundamentum intelligitur totius teſtamenti. *Tit. 11. Von Einſatzung der Erben ꝛc.*

§. 34. *J. de Legatis.*

ideoque ſi hæres ſcriptus non ſit, aut ſi ſcriptus noluerit hæres eſſe, aut vivo teſtatore, aut poſt mortem ejus ante aditam hæreditatem deceſſerit, aut conditio, ſub qua hæres inſtitutus eſt, deficiat, in his caſibus paterfamilias inteſtatus moritur. *§. Dieweil ꝛc.*

§. 2. J. *quib. mod. teſtam. infirm.*

62. De hærede ſcripto certo conſtare debet, hinc ſi error in perſona hæredis commiſſus, & de alio ſcripſerit, de alio ſenſerit teſtator, neuter eſt hæres, quia alter voluntate deſtituitur, alter ſcriptura. *§. Jedoch ꝛc. §. Wann auch ꝛc.*

L. 9. pr. ff. de hæred. inſtit. ibique Brunnem.

cæterum hæredis inſtitutio verbis quibuſcunque etiam æquipollentibus fieri poteſt.

L. 15. C. *de Teſtament.*

ſive in perſonam teſtatoris, ut, de, inſtituo, aſſigno

aſſigno &c. ſive indefinite ſint concepta, ut: Titius hæreditatem habeat, accipiat &c. licet oratio teſtatoris non ſit completa, v. g. ſi ſcripſerit: Titius hæres, vel Titius; nec adjecerit, hæres eſto; modo hæredis inſtitutio ex propoſito teſtandi, & ex præcedentibus animus teſtandi eluceſcat, quia hic plus nuncupatum quam ſcriptum.

L. 1. §. 5. ff. de hær. inſt. ibique Brunnem. Bardili Exerc. ad Pand. 41. Concl. 7. D. Harppr. de Tacita hæredis inſtitutione, th. 22.

non ſolum autem nomine proprio, ſed etiam demonſtratione inſtitui poteſt hæres;

L. 9. §. 8. & 9. ff. de hæred. inſtit.

demonſtratio enim vice nominis fungitur.

L. 34. ff. de condit. & demonſtrat. Manzius, de Teſt. val. & inval. Tit. 6. qu. 15. n. 1. & 2.

modo demonſtratio non contumeliæ cauſa adjiciatur, excipitur pater, qui cum maledicto filium hæredem ſcribere poteſt.

L. 48. §. 1. d. t. Plebſt ad J. P. W. Diſp. 3. th. 109.

§. So aber 2c. 63. Ultima voluntas non debet ex alieno arbitrio pendere.

L. 32. ff. de hær. inſt.

cum teſtamentum ſit voluntatis noſtræ, non alienæ, juſta ſententia,

L. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ.

poteſt tamen incerti hæredis electio ex certis alteri committi, v. g. inſtituo aliquem ex Caji liberis, quem uxor elegerit.

L. 7. §. 1. ff. de reb. dub. L. 46. §. fin. ff. de fideic. lib.

item, hic reſtituat hæreditatem uni ex cohæredibus.

Brunnem. ad L. 32. ff. de hær. inſt.

valet

valet etiam inſtitutio hoc modo facta, Titius, ſi voluerit hæres eſto; vel ſi Titius Capitolium aſcenderit, Mevius hæres eſto.

L. 16. L. 68. ff. de hær. inſt. Bardili Exerc. 4. Concl. 5.

64. Qui ſemel hæres factus eſt, non poteſt poſtea deſinere eſſe hæres. §. Ferner 2c.

L. 88. ff. d. t.

& nemo etiam ratione temporis pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere poteſt, excepto milite, §. Auf den Fall 2c.

§. 5. & 9. J. de hær. inſtit. L. 7. ff. de reg. jur. L. 19. §. 1. ff. de milit. teſtam.

ſi vero teſtator hoc modo ſcripſerit: Titius hæres meus eſto, usque ad quinquennium, poſt quinquennium ſecus hæres eſto; tum Titius rogatus cenſetur, ut elapſo quinquennio hæreditatem reſtituat Cajo, detracta quarta Trebellianica, verba enim directa ex voluntate teſtatoris ad fideicommiſſum, & verba obliqua ad hæredis inſtitutionem trahi poſſunt,

L. 19. pr. ff. qui teſtam. fac. ibique Brunnem.

65. Banniti, ad perpetuos carceres, vel ad ultimum ſupplicium condemnati, hæredes inſtitui non poſſunt. §. Es mögen 2c.

vid. D. Harppr. Diſſer. J. Civ. & Wurtemb. th. 22. & Diſſer. March-Bad. part. 5. th. 19.

quod autem hiſce relinquitur, non fiſco, ſed proximioribus ab inteſtato cedit.

D. Bardili, Exercit. ad Pand 4. Concl. 13.

relegati tamen hæredes inſtitui poſſunt, quia jura civitatis non amittunt.

Brunnem. ad L. 1. C. de hær. inſt. num. 4.

liberis vero adulterinis & inceſtuoſis hodie permiſſum eſt alimenta neceſſaria, vel filiæ adulterinæ dotem relinquere,

Dn. D. Graß, Poſit. controv. ad Lib. 2. *Inſtit. poſter. 16. tit. th. 8.*

§. Weil auch ꝛc. 66. Poſthumus vel civiliter talis eſt, qui poſt teſtamentum conditum teſtatori agnaſcitur, vel naturaliter, qui poſt mortem teſtatoris naſcitur, ſuus hæres futurus, ſi vivo teſtatore natus fuiſſet; utriusque agnatione rumpitur teſtamentum; ſi tamen ille vivo patre iterum decedat, tum datur ſcriptis hæredibus bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, quæ hoc in caſu hodienum neceſſaria eſt.

L. 12. *pr. ff. de injuſt. rupt. irr. teſtam. Dn. Stryck Tr. de Succ. ab inteſt. Diſſ. 9. Cap. 4. num. 8.*

§. Darum ꝛc. 67. Nullis partibus nominatis, hæredes ex æquis partibus ſcripti cenſentur.

§. 6. *J. de hæred. inſtit.*

limitatur, niſi teſtator unum vel plures disjunctim, reliquos collective ſcripſerit hæredes, v. g. Titius hæres eſto, fratris mei liberi hæredes ſunto, hi enim ſuccedunt in ſtirpes, non in capita, niſi particula æque ſit addita

Brunnem. ad L. 13. *pr. ff. de Hær. inſtit. Carpz. Ipr. for. p. 3. Conſt. 9. def. 15.*

ſi unicus hæres vel in parte, vel in certa re ſit inſtitutus, tota hæreditas ei accreſcit.

§. 4. *J. de hær. inſtit.*

ſin vero plures in certa re inſtituti, mentio rei detrahitur, & hæreditas æqualiter dividitur.

L. 9. §. 13. *ff. de hæred. inſt.*

ſi in certa portione, hæreditas pro rata eis accreſcit vel decreſcit.

L. 13. §. 2. & 4. ff. de hær. inſt.

§. Doch iſt ꝛc. 68. Hæres autem in re certa inſtitutus, ſi habeat cohæredes, in effectu habetur pro legata.

gatario, & rem, in qua inſtitutus, tanquam legatum ſine onere æris alieni accipit.

L. 13. C. *de hær. inſt.*

habet tamen nomen hæredis, & rem ſibi relictam privata autoritate occupare poteſt, ita ut non incidat in diſpoſitionem L. 5. C. de Legat. nec interdictum quod legatorum contra ipſum locum habeat: competit ei quoque utilis hæreditatis petitio, & utile remedium ex L. fin. C. de Edicto D. Hadr. toll. inprimis autem, ſi reliqui hæredes deficiant, gaudet jure accreſcendi.

D. Harppr. Diſſ. de Teſtimon. teſtament. hæredi interd. th. 11. & Tr. Acad. II. de Jure deducendi duas quartas, th. 43.

69. Subſtitutio in genere eſt ſecunda hæredis inſtitutio, in locum deficientis, facta. *Tit. 12. Von Subſtitutionen ꝛc.*

pr. J. & L. 43. §. 2. ff. de Vulg. ſubſtit.

non ſolum autem gradus, ſed etiam modus ſubſtitutionis eſt in arbitrio teſtatoris, h. e. teſtator nonſolum, quotquot velit, ſubſtituere poteſt, & plures gradus hæredum facere, ſed & quomodo velit, nam & plures in unius locum poſſunt ſubſtitui, vel unus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel invicem ipſi qui hæredes inſtituti ſunt. *§ Die Teſtirende ꝛc.*

pr. & §. 1. J. de Vulg. ſubſtit.

70. Vulgaris ſubſtitutio fit à teſtatore quocunque, hæredi cuicunque, in caſum vulgarem, ſi hæres non erit, h. e. ſi vel nolit, vel non poſſit eſſe hæres, ubi caſus noluntatis, uti loquuntur, comprehendit etiam caſum impotentiæ. *§. Es mag auch ꝛc.* *§. Und könnten ꝛc.*

pr. J. de Vulg. ſubſtit. ibique Commentat.

ſemel autem adita hæreditate expirat ſubſtitutio, jus enim per aditionem quæſitum transmittitur ad hæredis hæredes, nec locus amplius eſt ſubſtituto.

L. 5. C. de impub. & al. ſubſtit.

imo etſi hæres primus hæreditatem nondum adierit, deceſſerit tamen intra tempus deliberandi, vel ſit ſuus hæres, vel unus ex deſcendentibus, tum transmiſſio ex capite deliberandi, vel ex jure ſuitatis, vel ex jure ſanguinis locum habet, & præfertur ſubſtitutioni.

D. *Bardili Exerc. ad Pand. 4. Concl. 20.*

§. Neben ſolcher ꝛc.

71. Subſtitutio pupillaris fit vi patriæ poteſtatis à patre, liberis impuberibus in poteſtate conſtitutis, ut, cum ejus ætatis ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant.

pr. J. de pupill. ſubſtit.

terminus autem pubertatis, cum jure Wurt. quoad facultatem teſtandi ſit annus 16. hinc eousque etiam ſubſtitutio pupillaris locum habet, niſi liberis ante 16. ætatis annum facultas teſtandi à Principe ſit conceſſa.

Lauterb. Diſſ. J. Com. & Pr. W. part. 3. th. 24.

§. Doch wollen ꝛc.

72. Dividitur ſubſtitutio pupillaris in expreſſam & tacitam; expreſſa eſt, quæ fit expreſſe

§. Und da dieſe ꝛc.

in eum caſum, ſi filius hæres erit, ſed intra pubertatem deceſſerit; tacita, quæ continetur ſub vulgari expreſſa, ſi filius hæres non erit; ſicut è contrario ſub expreſſa pupillari tacite continetur vulgaris, ob præſumtam voluntatem teſtatoris.

L. 4. pr. & §. 2. ff. de Vulg. & pup. ſubſtit.

Jure

Jure Wurt. tacita pupillaris ſubſtitutio matrem à ſucceſſione filii non excludit;

vid. §. doch wollen wir ꝛc. *b. t.*

niſi contraria patris voluntas ex conjecturis non obſcuris nec improbabilibus colligi poſſit, v. g. ſi legato relicto matrem jubeat eſſe contentam,

arg. L. 78. §. 1. *ff. de Legat.* 3.

in expreſſa vero pupillari legitima hoc jure Wurtemb. matri relinquenda eſt, niſi exhæredatio ejus facta ſit ex juſta cauſa in teſtamento expreſſa & ab hærede ſubſtituto probata.

vid. §. Und da dieſe ꝛc.

an vero mater per ſubſtitutionem pupillarem à ſuorum filiorum adhuc impuberum ſucceſſione excluſa, mortuo patre uſumfructum in bonis ejusmodi filii retineat, etiam poſt mortem filii?

vid. D. *Harppr. Diſſ. de Imped. uſusfr. mat. th.* 9.

73. Mater, quamvis vulgariter liberis ſubſtituere poſſit, pupillariter tamen ſubſtituere nequit, cum pupillaris ſubſtitutio ſit effectus patriæ poteſtatis, mater autem liberos non habet in poteſtate. §. Und wiewohl ꝛc.

§. 10. *J. de Adopt.*

Jus vero Wurtemb. pupillarem ſubſtitutionem matri & lineæ maternæ aſcendentibus conceſſit eo in caſu, ſi aſcendentes lineæ paternæ non fecerint ſubſtitutionem, & quidem ſaltem in bonis à ſe profectis, cum hac inſuper reſtrictione, ne mater per talem ſubſtitutionem excludere valeat patrem.

vid. d. §. Und wiewohlen ꝛc. *b. t.*

non tamen diſpoſitio hæc extendenda eſt ad caſum, ſi v. g. avia materna in bonis à ſe

profectis pupillariter ſubſtituat nepotibus, & patrem eorum excludat, nam quin ſocrus generum excludere poſſit, dubitandum non eſt.

§ Wiewohl ꝛc. 74. Subſtitutio qs. pupillaris eſt, qua parentes liberis mente captis, aut ob aliud vitium teſtari non valentibus certas perſonas ſurrogant in caſum, ſi deceſſerint in tali conditione.

§. Und da ſich ꝛc.

L. 9. C. de impub. & al. ſubſtit.

licet autem, ſi uterque parens, pater & mater liberis ſuis quaſi pupillariter ſubſtituerit, veritati & rationi Juris Com. magis conſentaneum ſit, matris ſubſtitutioni præferri ſubſtitutionem patris ob duplex vinculum affectionis & patriæ poteſtatis, ſ. autoritatis; benignior tamen ſententia Jure Wurt. recepta eſt, vi cujus ſubſtitutus paternus in paternis, maternus in maternis, in reliquis v. bonis uterque ex æquis partibus admittitur.

Dn. D Graſ in Differ. nonual. inter Jus Com. & Prov. Wurtemb. th. 11.

an etiam prodigo qs. pupillariter ſubſtitui poſſit? quæritur, & quamvis hoc ex veritate juris videatur negandum, cum prodigus honore aliquo ſeu favore ſit indignus;

Dn. D *Graß*, *Poſit. controv. ad Lib. 2. Inſtit. poſter.* 16. *tit. th. 6.*

tamen, cum ratio ſubſtitutionis, quod teſtandi facultatem non habeat, in prodigo filio æque locum ſortiatur, contrarium Jure Wurt. ſtatutum eſt.

D. Bardili Diſſ. de ſubſtitut. Juſtinianea, th. 17. *& Exerc. ad Pand. 4. Concl.* 29.

§. Doch iſt ꝛc. 75. De jure communi etiam exhæredato qs. pupillariter ſubſtitui poſſe verius eſt, in hoc

hoc vero Ducatu ad minimum inſtitutio in legitima præcedere debet.

D. Harppr. Contin. Differ. J. Civ. & W. th. 25.

Jure civili non neceſſe eſt, omnes liberos talis filii, vel omnes ejus fratres & ſorores, ſed ſufficit unum ex illis ſubſtitui.

L. 9. C. *de impub. & al. ſubſtit. Bardili Exerc. 4. C. 31.*

ſed de Jure Wurt. cum utrinque tam quoad liberos, quam quoad fratres & ſorores in plurali loquatur ſereniſs. LLator, contrarium ſtatuendum.

D. Harppr. Diſſ. J. Civ. & W. th. 23. & Diſſ. March-Bad. part. 5. th. 25. & 26.

porro jure civili, quando filio furioſo, mente capto aut ſimili mater eſt, aut ſi ſubſtitutio fiat à matre, & pater adſit, patrem vel matrem excludere in hac ſubſtitutione permiſſum eſt.

d. L. 9. *C. h. t.*

ſed de jure provinc. Wurtemb. cum nec vera pupillaris ſubſtitutio matrem non in totum, patrem vero plane non excludere permittat, quaſi pupillariter ſubſtituenti plus non licebit.

Dn. D. Graß Differ. J. Civ & Wurtemb. th. 13. D. Bardili Diſſ. de ſubſtit. Juſtin. th. 21.

76. In hac ſubſtitutione qs. pupillari liberis deficientibus ſubſtituendi ſunt fratres, & quidem germani indiſtinctè a patre & matre, conſanguinei vero à patre, uterini à matre; quid ergo ſi non adſint germani aut conſanguinei, uterini tamen, an hos præterire poſſit pater ſubſtituens? & e contrario, quando matre ſubſtituente non adſunt uterini aut germani, conſanguinei tamen, an liceat matri excluſis conſanguineis alium v. g. maritum ſuum, d. §. Doch iſt ꝛc.

furioſi vitricum præferre, quæritur & quamvis ex veritate juris civilis hoc negetur;

Dn. D. *Graß, Differ.* J. *Civ. & W. th.* 12.

ſecundum diſpoſitionem tamen juris provincialis hoc affirmandum eſt.

Bardili d. Diſp. th. 19. & 20. *add. Lauterb. de ſingulari fratrum Jure, part.* 1. *memb.* 2. §. 12.

Tit. 13. *De fideicom miſſ. hæreditate &c.*

§. Es mag auch ꝛc.

77. Hæreditas fideicommiſſaria, quæ alias etiam ſubſtitutio fideicommiſſaria ſeu obliqua dicitur, eſt, quando hæres rogatur, ut vel totam hæreditatem, vel partem ejus quotitativam, aliis reſtituat, quo caſu hæres gravatus eſt fideicommiſſo univerſali.

L. 8. *C. ad SC. Trebell.*

particularia enim fideicommiſſa, cum quis rem certam vel partem quantitativam rogatus eſt reſtituere, per omnia exæquata ſunt legatis;

§. 3. *J. de Legatis.*

is, à quo relinquitur hæreditas, fiduciarius hæres dicitur, is vero, cui reſtituitur hæreditas, vocatur fideicommiſſarius.

vid. Carpz. Ipr. for. part. 3. *C.* 7. *def.* 18.

ubi de tali fideicommiſſo agit, quando conjuges in teſtamento reciproco ſe invicem hæredes inſtituunt, ea conditione, ut poſt utriusque mortem bona ad hæredes mariti & uxoris perveniant.

add. D. *Harppr. Conſ.* 91. *num.* 23. & *ſequ.*

cæterum, quod fideicommiſſa non ſolum expreſſa, ſed etiam tacita & impropria, tum per ſimplicem & meram donationem, tum etiam per aliud negotium inter vivos conſtitui poſſint, idque non ſolum inſpectis moribus

moder-

modernis, ſed & veritate juris Romani ſpectata, ex L. 3. C. de donat. quæ ſub mod. & pluribus aliis juris textibus docet

D. Harppr. Tract. Acad. VIII. de Fideicommiſſo Conventionali, §. 9. & ſequ. Id. in Reſp. 83. n. 56. & ſq. add. Dn. Stryck Tr. de Succ. ab inteſt. Diſſ. 8. Cap. 9. §. 4.

è contrario, quod tales conventiones fideicommiſſariæ in Jure Romano non fundatæ ſint; ſed potius ejusmodi pacta familiæ ex veteri Jure Germanico deduci debeant, pluribus adſtruit

Dn. Bœhmer in Diſſert. de Fundamento pactorum familiæ ad fideicommiſſa inclinantium.

78. Competit fiduciario hæredi beneficium, quod vocatur jus deducendæ quartæ Trebellianicæ; vi enim SCti Trebelliani 1. deducere licet quartam, ſi plus dodrante reſtituere rogatus ſit, 2. transferre jura & onera hæreditaria in fideicommiſſarium pro rata, ita ſcil. ut ipſe fiduciarius pro ſua quarta, fideicommiſſarius vero pro tribus partibus teneatur. 3. cogere fiduciarium, ſi ſponte nolit, ut adeat hæreditatem, eamque reſtituat fideicommiſſario, quo caſu ſi fiduciarius coacte adiit hæreditatem, jus deducendæ quartæ amittit; nam ipſe fideicommiſſarius nec novo jure adire poteſt hæreditatem, uti exiſtimat, §. Nachdem ꝛc. §. Da! ſich auch ꝛc.

Hoppius ad §. 8. J. de fideicom. hæredit.

cum Nov. 1. Cap. 1. non de eo caſu loquatur, quando hæres non vult adire hæreditatem, ſed de illo, quando hæreditas ab hærede eſt adita, juſſa tamen defuncti intra anni ſpatium poſt admonitionem judicis ab eo non ſunt impleta.

Lauterb.

Lauterb. Diſp. de Teſtam. deſtit. §. 33. & *ſq.*

§. Doch wann ꝛc. 79. Jure civili liberi fideicommiſſo gravati præter legitimam non poſſunt deducere Trebellianicam, quia legitima imputatur in Trebellianicam

L. 91. *ff.* *ad Legem Falcid.*

nec ultra dodrantem dici poteſt gravatus, qui habet Legitimam.

L. 6. C. *ad Sct. Treb.* L. 8. §. 9. 11. & 15. *ff. de Inoffic. teſtam.*

ſed Jure Canonico contrarium conſtitutum eſt *in Cap. Raynaldus* 18. & *Cap. Raynutius*, 14. *X. de Teſtam.*

quæ ſententia in fideicommiſſis in diem aut ſub conditione relictis, uti in foro communiter eſt recepta, ita jure quoque provinciali Wurt. expreſſe approbata, excepto tamen caſu, quo filius hæreditatem reſtituere rogatus eſt ei, qui etiam teſtatoris filius vel nepos eſt, argumento ducto à ſenſu contrario,

ex §. doch wann ꝛc. *h. t. D. Harppr. Tr. Acad. II. de Jure deducendi duas quartas, th.* 54. Dn. D. *Schœpf.* Decis. 271. *num.* 2. & *ſqq.*

ſolis vero liberis & parentibus conceſſum eſt jus deducendi duas quartas, & præter hoſce nullis aliis, licet proxima cognatione junctis, non fratribus ac ſororibus, non conjugi, non iis, qui alias parentum loco ſunt, vitrico & novercæ, tutoribus, curatoribus, cognatis &c.

vid. D. Harppr. d. Tr. Acad. II. th. 35. & *ſq. add.* Dn *Schœpf. Decis.* 264.

§. Und ſollen ꝛc. 80. Cum fideicommiſſo in diem vel ſub conditione gravatus legitimam quidem ſtatim

§. Es iſt auch ꝛc. poſt mortem teſtatoris, ceu quoddam qs. æs alienum, citatis ad hoc fideicommiſſariis, deducere

ducere poſſit, quartam vero Trebellianicam, ante conditionis fideicomiſſo adjectæ exiſtentiam, vel adventum diei prætendere non poſſit, ideo facile patet, quod in computanda legitima ad tempus mortis, in Trebellianica vero ad tempus reſtitutionis reſpiciendum ſit, ita ſcil. ut ex eo, quod tempore reſtitutionis reliquum eſt, deduci poſſit.

conf. D. *Harppr. d. Tr. Acad. II. th. 76.*

utrum vero etiam fructus ex tali fideicommiſſaria hæreditate, pendente fideicommiſſi conditione, vel priusquam dies venerit, à filio percepti, in ipſius Legitimam vel Trebellianicam ſint imputandi? & cum a Legitima quidem omne gravamen abeſſe debeat,

L. 32. *C. de inoffic. teſtam.*

& illa mortuo ſtatim patre, ex ipſa ſubſtantia à defuncto relicta, ſeu ex ipſis corporibus hæreditariis exolvi debeat;

L. 36. pr. in fin. C. de inoffic. teſt.

quo circa fructus in legitimam non imputandos eſſe conſtat.

d. Tr. Acad. II. th. 83.

& hæc L. 36. diſpoſitio extenditur etiam ad parentes, ut nec hi fructus in legitimam imputare teneantur.

d. Tr. th. 85. num. 33.

quoad Trebellianicam vero quamvis fructus non quidem ipſius quartæ,

L. 22. §. 2. ff. ad SC. Trebell.

ſed ex reliquis bonis ultra quadrantem, intermedio tempore, à quolibet fiduciario, etiam parentibus, percepti, in computationem veniant;

L. 18. §. 1. *ff. d. t.*

(niſi

(niſi collectæ, tributa, impenſæ in perpetuam rei utilitatem factæ, aliaque onera realia, fructus quartæ abſorbeant)

D. Harppr. Reſp. 18. num. 96.

ſoli tamen liberi, primi non ulterioris gradus, in hac duplici detractione eo jure gaudent, ut fructus nec in portionem legitimam, nec in Trebellianicam imputare teneantur.

L. 6. C. *ad SC. Trebell. Cap. Raynutius X. de Teſtam. ibi : ita videlicet, quod fructus de bonis ipſius, à tempore litis conteſtatæ, percepti, computentur in ea d. Tr. tb. 86. & ſq.*

§. Ferner 2c. 81. Fideicommiſſo, quo liberi gravantur à parentibus, ſemper tacita conditio ineſt: ſi ſine liberis deceſſerint, ob præſumtam parentum erga liberos affectionem, ita ut tale fideicommiſſum, licet relictum ſit teſtatoris fideicommittentis conjugi vel liberis, adeoque matri vel fratri aut ſororibus fideicommiſſarii, tamen, ſi fideicommiſſarius, tempore faciendæ reſtitutionis, ipſe liberos habeat, illud præſtari non oporteat, quod intelligendum de fideicommiſſo univerſali; nam legata & fideicommiſſa particularia, licet magnam hæreditatis partem, ſcil. quantitativam contineant, omnino à liberis exolvenda ſunt, etiam in caſu, ubi ipſimet rurſus liberos habent, modo talia legata dimidiam hæreditatis partem non excedant.

vid. d. §. Ferner 2c. *h. t.*

§. Es mag auch 2c. 82. Ipſe fideicommiſſarius rurſus fideicommiſſo gravari poteſt, in tantum ſcil. in quantum accepit.

§. 11. J. *de fideicom. hæredit.*

ſed

ſed hic tamen quartam à ſecundo fideicommiſſario deducere nequit:

L. 47. §. 1. ff. ad L. Faleid.

quia non ut hæres rogatus eſt reſtituere, cui ſoli competit deductio quartæ.

L. 22. §. fin. ad SC. Trebell.

& ratio Legis, quæ eſt, ne teſtamenta irrita fiant deſtituta aditione, hic ceſſat; exceptio eſt, ſi hæres coactus totam reſtituit hæreditatem, tunc enim ex perſona hæredis detrahit.

L. 63. §. 11. ff. d. t.

item, ſi primus hæres in gratiam fideicommiſſarii non detraxit, ut ille ſecundo detraheret.

Brunnem. ad L. 47. §. 1. *ff. ad* L. *Falcid.*

83. Sub vocabulo liberi intelliguntur liberi non ſolum primi, ſed etiam ulterioris gradus, & hoc non ſolum in ſucceſſionibus ab inteſtato obtinet, ſed etiam in diſpoſitionibus teſtamentariis & fideicommiſſariis, niſi alia teſtatoris mens appareat, nam etiam in fideicommiſſis locum habet jus repræſentationis. §. Wann die Eltern ꝛc.

Dn. Stryck de ſucc. ab int. Diſſ. 7. Cap. 3. §. 23. & ſq. Bardili Exercit. ad Pand. 11. Concl. 10. & 12.

quidſi autem liberi ulteriorum graduum tantum concurrant? v. g. ſoli nepotes; etiam hi ſuccedunt in ſtirpes, quia non jure proprio veniunt ad hæreditatem, ſed jure à parentibus ad ſe transmiſſo.

Dn. Stryck d. Tr. Diſſ. 1. Cap. 2. §. 35.

84. Cum legata & fideicommiſſa particularia merum lucrum contineant, §. Wann aber ꝛc.

§. 1. *J. de Legat.*

nec

nec onera hæreditaria in legatarios & fideicommiſſarios particulares tranſeant, ut in fideicommiſſarios univerſales,

L. 14. §. 5. *ff. ad* SC. *Trebell.*

ideo liberum eſt hæredi non adire hæreditatem legatis & fideicommiſſis particularibus nimium gravatam, quæ res efficit, ut neceſſe ſit legatariis, ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur, cum hærede in portione paciſci, quod nec novo jure mutatum.

§. 2. J. *de* L. *Falcid. Lauterb. Diſp. de Teſtamento deſtituto*, §. 3.

85. An hæres fideicommiſſo conditionali vel in diem gravatus illud ante exiſtentem conditionem vel ante diem v. g. mortem ſuam reſtituere poſſit? Reſp. ſi tali modo fideicommiſſum uni tantum perſonæ ſit relictum, reſtitutio fieri poteſt ante diem vel conditionem; ſi pluribus non item; ratio, quia poſſibile eſt, ut unus horum ante fiduciarium moriatur, & portio ejus reliquis ſuperviventibus fideicommiſſariis accreſcat, cum tale fideicommiſſum conditionale non aliter in fideicommiſſarii hæredes tranſeat, quam ſi fideicommiſſarius eo tempore, quo hæres tali fideicommiſſo gravatus moritur, atque ita dies vel conditio fideicommiſſi exiſtit, adhuc ſuperſit.

D. Harppr. Reſp. 18. *num.* 116. *& ſequ.*

§. Wir wollen auch ꝛc. *& ſq.* 86. Jure civili quin pater etiam liberis primi gradus, non quidem portionis legitimæ, attamen Trebellianicæ deductionem prohibere poſſit, nullum eſt dubium.

D. Harppr. Tr. Acad. II. *de Iure deducendi duas quartas*, *th.* 99.

Jure

Jure autem provinciali Wurtemb. diſponitur, quod liberis primi gradus fideicommiſſo gravatis deductio Trebellianicæ prohiberi non poſſit, licet fideicommiſſum uni ex liberis ſit relictum, vel in diem aut ſub conditione, quamvis enim filius priori caſu unam tantummodo quartam deducere poſſit;

vid. §. doch wann die Eltern ꝛc. *h. t.*

ipſi tamen liberum eſt, an Trebellianicam, an vero legitimam deducere malit, adeoque electio ipſi non adimenda.

vid. D. *Harppr. d. Tract. Acad. II.* §. 54 *n.* 11. *& ſq.* & §. 152. *Id. in* Differ. *J Civ. & W. th.* 24. *D. Schœpf. Dec.* 271. *num.* 5.6.

ubi §. **doch wann die Eltern ꝛc.** & §. **wir wollen auch ꝛc.** cum ſequ. qui ſibi invicem contrarii videntur, conciliantur. Scil. in §. **Wir wollen auch ꝛc.** nihil aliud diſponitur, quam, quod ſi Pater liberos primi gradus fideicommiſſo puro aut in diem vel ſub conditione relicto gravavit, ipſiusque inſimul deductionem Quartæ Trebell. expreſſe vel tacite prohibuerit, liberi nihilominus non attenta hac prohibitione patris jus Trebellianicam deducendi habere debeant, idque indiſtincte, ſive fideicommiſſarius ſit extraneus, ſive unus ex liberis Teſtatoris. In ſequenti autem §. **Welches auch ꝛc.** mox additur: quod filius, quem pater fideicommiſſo in diem, vel ſub conditione gravavit, non obſtante patris prohibitione, Trebellianicam deducere poſſit, etiamſi legitima ab ipſo jamjam percepta vel detracta fuerit: in quibusnam autem caſibus filio jus competat, præter legitimam etiam Trebellianicam

deducendi, id non ex §. penult. quippe qui ſaltem obiter & relative de hoc agit, ſed ex §. præcedente: doch wann die Eltern ꝛc. pag. 378. ubi quæſtio hæc perfecte ac ſpecifice tractatur ac deciditur, ad quem etiam ipſe §. pen. ſeſe refert, addiſcendum eſt, in hoc autem §. doch wann die Eltern ꝛc. aperte ita diſtinguitur: ut, ſi filius hæreditatem extraneo, qui non eſt Teſtatoris filius vel nepos, in diem vel ſub conditione reſtituere rogatus ſit, ipſe præter legitimam etiam Trebellianicam deducere valeat, ex quo e contrario ſequitur, quod ſi fideicommiſſarius ſit ex Teſtatoris liberis, Fiduciario in hoc caſu unicam ſaltem Quartam detrahere liceat, neque enim hæc verba: Einem andern, der nicht auch des Teſtiters Kind oder Kindes-Kind, otioſè hic poſita cenſeri debent.

vid. aut. ſupr. alleg.

quoad alios vero deſcendentes, qui non in primo, ſed ulteriori gradu poſiti ſunt, æque ac quoad extraneos, non ſolum expreſſa, verum etiam tacita, verbis æquipollentibus facta Trebellianicæ prohibitio, jure provinciali admittitur, ita tamen, ut legitima, ſi quæ debetur, a deſcendentibus retineri poſſit.

D. *Harppr. Tract. Acad. II. §. 102. num.* 105.

Tit. 14. De legitima liberorum

87. Legitima eſt portio portionis ab inteſtato debitæ, certis perſonis neceſſario relinquenda.

§. Wie wohl ꝛc.

L. 8. §. 6. *ff. de inoffic. teſtam.*

& quidem quoad liberos & parentes titulo inſtitutionis, qui titulus non ſolum honorabilis eſt, ſed etiam utilis, propter jus accreſcendi; *Nov. 115. Cap. 3.*

quidſi

quidſi certa res titulo particulari relicta, & teſtamento addita ſit clauſula codicillaris, an virtute hujus ſubſiſtat teſtamentum? Neg.

Bardili Diſſ. *de Condict. ex* L. *ad ſupplem. legit. th.* 25. *vid. tn.* Dn. *Cocceji Diſſ. de Liberis, qui partem & numerum faciunt, Sect.* 1. *num.* 26. *&* 27. *& Sect.* 4. *num.* 10.

88. Jure civili, ſi liberi in poteſtate conſtituti ſint à patre præteriti, teſtamentum eſt nullum; §. Wann aber ꝛc.

pr. J. de exhæredat. liber.

ſi emancipati, datur bonorum poſſeſſio contra tabulas;

§. 3. J. d. t.

ſi poſthumus ſit præteritus, rumpitur teſtamentum, per hujus agnationem;

§. 1. d. t.

præteritio vero matris pro exhæredatione habetur, & ſemper competit querela inofficioſi, quia mater liberos non habet in poteſtate.

§. ult. J. de exhæred. liber.

Jure vero provinciali liberi quicunque, ſive in poteſtate intuitu patris conſtituti, ſive emancipati, ſi à patre vel matre ſint præteriti, vel inique exhæredati, teſtamentum indiſtincte pronunciatur nullum, ſed ſaltem quoad inſtitutionem, legata enim & cætera teſtamenti capitula manent ſalva.

Bardili d. Diſſ. th. 21.

hodie etiam liberis ex ſponſa & ſponſo, non ſubſecuta copula ſacerdotali, natis legitima debetur, quia tales pro legitimis habentur.

D. Harppr. Conſ. 25. *num.* 88. *& ſequ.*

89. Si aliquid relictum ſit, utut minus legitima, non datur querela inofficioſi, ſed condictio ex lege ad ſupplementum legitimæ. §. Und im Fall ꝛc.

Q 2 L. 30.

L. 30. C. *de inoffic. teſtam.* D. *Bardili Diſp. de Condict. ex* L. *ad ſuppl. legit. th.* 13.

quæ actio perpetua eſt & tricennalis, & in hæredes tranſitoria, etiam non præparata, cum querela inofficioſi ſit quinquennalis, in hæredes nec active nec paſſive tranſitoria, niſi præparata;

L. 6. §. fin. L. 7. *ff. de inoffic. teſtam. Bardili d. Diſp. th.* 27.

vel niſi inique excluſus unus ſit ex deſcendentibus, & ante aditam hæreditatem mortuus,

L. 34. C. *eod.*

§. Es ſoll aber ꝛc. & quidem in favorem actoris ſupplementum legitimæ petentis admittitur jure provinciali proceſſus etiam ſummarius.

d. Diſp. *th.* 41.

90. Si quatuor aut pauciores ſint liberi, legitima eorum eſt triens, ſi quinque vel ultra, legitima eſt ſemis; quær. autem de conjuge an partem & numerum faciat in computanda legitima? v. g. ſi quis uxorem & unicum filium relinquat, in bonis vero habeat 12000. an hoc caſu, quia jure Wurtemb. ſuperſtes conjux ſuccedit in triente, & filius in beſſe, filii legitima ſit portio portionis ab inteſtato debitæ, ſcil. tertia pars beſſis, 2066. fl. 40. x. an vero tertia pars omnium bonorum, ſcil. 4000. & poſterius affirmat;

Beſoldus ad Jus prov. Wurtemb. Diſp. 3. th. 119.

ex ratione, quia jus provinciale in dubio cum jure communi in concordiam eſt reducendum, jure comuni autem conjugum nulla eſt ſucceſſio.

vid. tn. Lauterb. *Differ.* Jur. *com. & provinc.* Wurtemb. *part.* 3. *th.* 30.

quidſi vero parens 4. liberos relinquat & uxorem, an liberorum legitima ſit triens, an vero ſemis

ſemis? Reſp. triens, jure communi en. uti conjugum nulla eſt ſucceſſio, ita quoque nulla eorum legitima, hinc uti conjux partem non facit ad minuendam liberorum legitimam, ita nec numerum facit ad augendam eorum legitimam, inde ſi pater, relictis 4. liberis & uxore, filium inſtituat in legitima, uxoris portio, tanquam æs alienum, prius erit deducenda, qua detracta ex reliquis parentis bonis legitima liberorum non ſemis erit, ſed triens.

vid. Lauterb. Colleg. Theoret. pract. ad ff. Tit. de inoffic. teſtam. §. 46.

91. Si nepotes concurrunt cum patruo, vel ſi ſint ex diverſis filiis, tunc ſuccedunt ex perſona patris, jure repræſentationis, ex propria enim perſona, tanquam remotiores, non admitterentur, & legitima computatur ſecundum ſtirpes; ſi vero plures extant nepotes ex unico filio vel filia, attenditur numerus liberorum, ita ut ſi ſint quatuor vel pauciores, eorum legitima ſit triens, ſi vero quinque vel plures, ſemis, quia hoc in caſu nepotes ſuccedunt jure ſuo, nec ex perſona patris, & ſic in capita. §. Und ſo 2c

Lauterb. d. tit. §. 42.

quidſi vero filius unicus adhuc ſuperſtes in legitima inſtitutus, hærede ſcripto v. g. extraneo, in gratiam 5. vel plurium liberorum repudiet hæreditatem, hoc in caſu non augebitur legitima, tanquam in perſona filii adhuc vivi jam formata & radicata.

D. Harppr. Conſ. 28. num. 26. & ſeq.

92. Legitimæ nulla ratione gravamen adjici poteſt, nec diminui ea poteſt ullo modo, §. Wir ſetzen 2c.

v. g.

v. g. per contractum venditionis, quæ ſapiat naturam donationis, ſi uni ex liberis prædia ſua vendere velit pater in præjudicium reliquorum.

Beſold ad Jus prov. Wurtemb. Diſſ. 3. *th.* 119. *in fin.*

ſic etiam liberi non tenentur ſtare taxationi bonorum à parente factæ, ſi fraus fiat legitimæ.

Carpz. Ipr. for. part. 3. Conſt. 12. def. 9.

nec addi poteſt legitimæ conditio, licet poteſtativa; nec aſſignari ea poteſt in pecunia, nec præciſe in mobilibus, nec in re certa filio non proficua, nec in nominibus, quia hoc modo gravarentur liberi, legitima autem ſine ullo gravamine, ſine onere, ſine conditionibus, ſine dilationibus relinquenda.

Brunnem. ad L. 32. *C. de inoffic. teſtam. n.* 8. D. *Schœpf. Decis.* 166.

nec teſtator filium ſuum hæredem inſtituere poteſt, tertio cuidam uſufructu omnium bonorum relicto, hinc ſi uxorem teſtator ita amavit, ut ei uſumfructum omnium bonorum adſcribat, uſusfructus, qui ad legitimam ſpectat, detrahendus, & liberis, ad quos legitima pertinet, cum proprietate tribuendus.

Carpz. Ipr. for. p. 3. C. 12. def. 7. Dn. Coccejus Diſſ. de Legitima, ejusque neceſſaria præſtatione, §. *12. & ſequ.*

limitatur tamen hoc, ſi onus reſpiciat favorem liberorum, v. g. ſi teſtator filio, cum id ei conducat, prohibet, ne alienet bona legitimæ, donec ad ætatem perfectam pervenerit.

Dn. Coccej. d. Diſſ. §. 12. *in fin.*

vel ſi timeat inſidias vitæ filii parvuli ab agna-

tis

tis, ac propterea alium inſtituat hæredem, eumque fideicommiſſo de reſtituenda hæreditate filio gravet.

L. 2. *ff. de Bon. poſſeſſ. contr. tab.* L. 18. *ff. de liber. & poſth. hær. inſt.*

aut ſi parens filium ære alieno obrutum prætereundo, bona mente inſtituat hæredes nepotes.

vid. Carpz. Jpr. for. p. 3. C. 9. def. 11. Brunnem. ad L. 15. *C. de Inoffic. add. Dn. Frommanni Diſſ. de Exhæredatione bona mente facta.*

item, ſi diſpoſitio facta ſit ſub Clauſula Socini, & neceſſariis perſonis ultra debitam legibus portionem relinquatur, ut illæ totum, ſine ulla diminutione, etiam legitimæ, quandocunque & cuicunque diſponens voluerit, reſtituant, vel ſi nolint, tantum legitimam ex bonis defuncti percipiant.

vid. Lauterb. *Colleg. Theor. pract. ad ff. Tit. de Condit. inſtit* §. 3. *add.* Diſſert. *de* Jur. *circa cautelam* Socini, *Gieſſæ habita, à Franco Conr. Setels*, Juliacenſi.

93. Legitima regulariter ſecundum tempus mortis computanda eſt, cum ante mortem ſciri non poſſit, quid & quantum tempore mortis futurum ſit in bonis morientis, propter inopinatos caſus.

L. 6. C. de Inoffic. teſtam. Carpz. d. C. 12. def. 10. Brunnem. ad L. 6. C. de inoffic. n. 3.

quidſi autem collatio dotis vel donationis teſtamento remiſſa ſit liberis, alii vero tantum in legitima ſint inſtituti? hoc caſu ii, quibus collatio remiſſa eſt, ſpecificationem omnium eorum, quæ à patre acceperunt, & eis conferri

ferri remiſſa ſunt, non quidem ad finem collationis, ſed ut juſta & vera computatio legitimæ fieri poſſit, exhibere, & mediante juramento confirmare debent, in legitimæ enim quantitate indaganda ſtatus & quantitas hæreditatis ille debet ſupponi, quæ, qualis & quanta illa in caſu inteſtati foret.

D. Harppr. Reſp. 79. num. 130. & ſequ.

computatio autem fieri debet deducto ære alieno, ſcil. quoad calculum, ita ut liberi creditoribus hæreditariis pro ſua parte reſpondere teneantur, cum Jure novo legitima eorum ſit pars hæreditatis.

Nov. 115. Cap. 3. pr. Lauterb. Colleg. th. pr. ad ff. Tit. de Inoffic. §. 44. vid. tamen Dn. Coccej. Diſp. de Liberis, qui partem & numerum faciunt, loc. ſupr. alleg. ad §. 87.

Tit. 15. De Legitima parentum &c.

§. Entgegen 2c.

94. Parentibus quoque titulo inſtitutionis legitima relinquenda eſt.

d. Nov. 115. cap. 3. & 4.

quamvis autem de jure provinciali ſimpliciter dicatur, quod liberi parentibus debitam portionem relinquere teneantur, & hinc ſufficere videatur, ſi hæc titulo particulari relinquatur, tamen, cum hoc ipſum, quod titulo particulari relinqui poſſit, expreſſis verbis non ſit diſpoſitum, in dubio inter jus civile & provinciale hac in parte nulla differentia ſtatuenda eſt.

D. Bardili Diſſ. de Condict. ex L. ad ſupplem. Legit. th. 26.

d. §. Entgegen 2c.

95. Jure provinciali Wurtemb. legitima parentum ſemper & indiſtincte triens eſt, etiamſi plures, quam quatuor adſint parentes, cum Jure

jure civili iſta pariter triens ſit vel ſemis pro numero perſonarum.

Lauterb. Differ. Jur. com. & prov. Wurtemb. part. 3. th. 32. vid. tamen Dn. *Coccej. d.* Diſſert. *de Legitima ejusque neceſſar. præſtat.* §. 7.

finge, Titius moritur, relinquens patrem ac decem fratres vel ſorores, hoc caſu pater de J. W. trientem ſolummodo undecimæ partis capit.

Lauterb. Disquiſit. *de ſingulari fratrum jure, part. 2. memb. 2.* §. 23. *num. 8.*

ſemper autem proximiores admittuntur ad legitimam, remotioribus excluſis, nam jus repræſentationis in linea aſcendente non locum habet; ſi quid minus legitima parentibus relictum, ad implendam eam agere poſſunt.

D. Bardili d. Diſſ. th. 17.

96. Jure civili uti conjugum nulla regulariter eſt ſucceſſio, ita quoque nulla eo jure ipſis debetur legitima: Jure vero Wurtemb. conjuges ſibi invicem legitimam relinquere tenentur, ſcil. tertiam partem portionis ab inteſtato debitæ. *Tit. 16. De Legitima Conjugum &c.* §. Wann ein ꝛc.

Lauterb. ad J. P. W. part. 3. th. 33.

& quamvis aliis in locis, v. g. in Saxonia, portio ſtatutaria conjugi ſuperſtiti per teſtamentum auferri non poſſit;

Carpz. Ipr. for. p. 3. Cap. 7. def. 1.

attamen Jus provinciale Wurtemb. ultra legitimam conjuges non adſtringit; pactis quoque dotalibus tam legitima, quam ſtatutaria portio tolli poteſt.

Beſold ad Jus prov. W. *Diſſ. 3. th. 123. & 124.*

ſi minus relictum ſit legitima, ad ſupplemen-

tum pariter agi poteſt, tam ab ipſo conjuge, quam ab ejus hæredibus.

Bardili d. Diſp. de Condict. ex L. ad ſupplem. legit. th. 19. & 27.

cæterum non præciſe titulo inſtitutionis relinquenda eſt legitima conjugum, ceu contra jus commune introducta, quodcunque ergo acceperit conjux, & quocunque titulo, id omne in legitimam imputabitur.

Plebſt *ad J. P. W.* Diſp. *3. th. 227.*

Tit. 17. Von Enterbung der Kinder ꝛc. §. Wann ein Vater & §. Es iſt auch ꝛc.

97. Jure civili quin liberi etiam in teſtamento paterno privilegiato exhæredari poſſint, dubium non eſt, cum nullibi id in legibus prohibitum reperiatur, ſed jure provinc. Wurt. exhæredatio liberorum fieri debet in teſtamento ſolenni. Porro jure civili exhæredatio ratione modi eſt legitima vel illegitima; ratione cauſæ vero æqua vel iniqua; legitima ſive rite & legitime facta dicitur exhæredatio, quæ fit 1. nominatim, non inter cæteros,

pr. J. *de exhær. lib. L. 3. pr. ff. de injuſt. rupt.*

2. pure, non ſub conditione;

L. *3. §. 1. ff. de liber. & poſthum. L. 18. ff. de Bon. poſſeſſ. contr. Tab.*

3. a tota hæreditate;

L. *19. ff. de lib. & poſth. junct.* L. *62. ff. de Reg. jur. & L. 24. ff. de Verb. ſignif.*

4. ab omnibus gradibus;

L. *3. §. 2. & ſequ. de lib. & poſth. vid. Manz. de Teſtam. val. & inval. Tit. 10. qu. 1. n 9.*

ratione cauſæ vero æqua dicitur illa, quæ fit 1. ex juſta cauſa: 2. in teſtamento expreſſa; 3. ab hærede ſcripto probata;

Nov. 115. Cap. 3.

exhæredatio ſi rite non fiat & legitime, teſtamentum eſt ipſo jure nullum, non tantum quoad

quoad hæredis inſtitutionem, ſed & quoad legata & reliqua teſtamenti capita, & querela nullitatis competit.

L. 17. ff. de injuſt. rupt. L. 3. *ff. de lib. & poſth.*

ſi inique fiat, teſtamentum non eſt ipſo jure nullum, ſed inofficioſum, & per querelam inofficioſi reſcindendum, ſaltem quoad hæredis inſtitutionem, ita ut reliqua teſtamenti capitula maneant ſalva.

d. Nov. 115. cap. 3. in fin.

ſed Jus provinciale Wurtemb. nullum pronunciat teſtamentum quoad liberos & quoad parentes, ſive non rite, ſive inique conditum ſit, ita ut quoad inſtitutionem ipſo jure corruat, legata vero & cætera teſtamenti capita maneant in ſalvo utroque caſu.

rationem hujus alterationis vid. apud D. *Harppr. in Continuat. Differ. Juris Com. & Wurtemb. th. 26. add. Bardili Exercit. ad Pand. 6. Concl. 2. & 5. lit. c.*

adeoque ſecundum hanc Legislationem tum demum inofficioſum dicitur teſtamentum, ſi juſta quidem cauſa adſit in teſtamento expreſſa, ſed ab hærede ſcripto non probata; ſi vero juſta cauſa non adſit, vel in teſtamento non ſit expreſſa, teſtamentum pronunciatur ipſo jure nullum; quid autem inter teſtamentum nullum & inofficioſum diſcriminis interſit.

vid. ſupr. not. §. *89. add.* D. *Harppr. Differ. March-*Bad. *part. 5. th. 28.*

98. Mater & aſcendentes materni non neceſſe habent liberos aut hæredes inſtituere, aut exhæredare, ſed poſſunt eos ſilentio omittere, quia liberos non habent in poteſtate; §. Da aber eine Mutter ꝛc.

§. fin. J. de exhæredat. liber. qui §. fin. per Nov. 115. non eſt correctus.

inde

inde teſtamentum matris & maternorum aſcendentium nunquam eſt ipſo jure nullum, cum eorum ſilentium & præteritio ſit pro exhæredatione legitime facta, ſed ſi juſta cauſa non ſit exhæredationis vel præteritionis à matre factæ, tum reſcinditur per querelam inofficioſi, idque etiam de Jure Wurtembergico obtinet.

conf. d. §. da aber eine Mutter ꝛc. *h. t.*

§. Wann Kinder ꝛc. 99. De Jure civili is, qui aliquem teſtari prohibuit vel coëgit, pro indigno habetur, & hæreditas fiſco applicatur.

L. *1*. §. *1*. *ff. ſi quis aliqu. teſt. prohib.*

Jure autem provinciali talis hæreditas cedit illis, quibus defunctus illam teſtamento relinquere deſtinaverat.

D. Harppr. Differ. J. Civ. & prov. Wurtemb. th. 23.

ſi vero pater v. g. furioſus vel alio gravi morbo laborans, cuius curam liberi abjecerunt, ſine teſtamento, quod condere potuiſſet, deceſſerit, tum liberos ab inteſtato admittendos, nec fiſco hoc in caſu locum eſſe ſtatuit Jus provinciale Wurtemb.

d. Diſp. th. 26.

§. Endlich ꝛc. 100. Si pater moribundus à Confeſſionario interrogatus, utrum omnibus ſuis liberis adverſus ipſum admiſſa condonet? non ſaltem promtiſſime reſpondeat: **zu hundert und tauſendmahlen, von ganzem Herzen;** ſed & manu elevata illis adſtantibus benedictionem impertiat, effectum exhæredationis tolli, ita ut filius exhæredatus querelam inofficioſi inſtituens, ſi eidem injuriæ in teſtamento

ex-

expreſſæ objiciantur replicando, easdem ceu à patre remiſſas, excludere valeat, ex §. fin. Inſt. de injur. & L. 1. §. 1. ff. eod. concludit.

D. *Harppr. in Poſitionibus de Bene- & Maledictione parentum*, §. 1.

101. Cujusvis teſtamenti ea indoles eſt, ut ad ultimum usque ſpiritum illius contenta, ceu poſt obitum demum robur ſuum exertura imminuere, corrigere, revocare & omnino tollere liceat.

Tit. 10. Wie aufgerichte *Teſtamenta* unkräfftig werden rc.

L. 1. *ff. qui teſtam. fac.* L. 17. *ff. de adim. legat.* L. 12. §. 3. *ff. de legat.* 1. D. *Bardili Diſſ. de Revoc. ult. Volunt. th.* 6. D. *Harppr. de Reciproci inter conjuges ſed coacti teſtamenti revocatione*, §. 7. & *ſequ.*

& talis teſtandi actus, tam ſua natura, quam diſpoſitione juris civilis, revocabilis, nec per promiſſionem, nec juramentum, tranſit in aliam ſpeciem actus, hinc, licet non honeſte faciat teſtator, tale teſtamentum ſine cauſa revocans, tanquam transgreſſor vel ſimplicis, vel juratæ promiſſionis;

Jo. Sam. Stryck Tr. de Jure liciti, ſed non honeſti, *Cap.* 2. *num.* 70. *add.* *Coccej. Diſp. de Clauſulis Teſtamentor. Cap.* 2. *num.* 103. & *ſequ.*

ipſa tamen revocatio in ſe valida eſt.

D. Harppr. d. Diſſ. §. 17. & *ſq.*

& jure quidem provinciali Wurt. nuda verbalis revocatio ſufficit, coram judice, vel 4. honeſtis viris facta, nec lapſus decennii inſuper requiritur, teſtes tamen, coram quibus revocatur, debent ſpecialiter eſſe rogati.

D. Bardili de Revocat. ult. vol. th. 23.

§. Alſo da 2c. 102. Cancellatione, inciſione, dilaceratione infirmatur teſtamentum, non quidem ipſo jure, ſed tamen ope exceptionis, idque ſive ſcriptum ſit, ſive nuncupativum, ſive explicitum ſive implicitum, ſi ſcilicet cancellata ac deleta ſit ſcriptura, vel inſtrumentum deſuper confectum, licet protocollum Notarii integrum penes eum reperiatur, cum totum tale teſtamentum à fide illius ſcripturæ dependeat, & unice inde probari poſſit.

Lauterb. Diſp. de Cancellatione, th. 35.

idque licet verba teſtamenti adhuc legi poſſint, vel teſtamentum ſit patris inter liberos, vel clauſula codicillaris adjecta.

d. Diſp. th. 29. & ſequ.

ex pluribus vero teſtamenti exemplis ſi unum fuerit cancellatum, reliqua deleta vel cancellata non cenſentur, niſi de alia teſtatoris voluntate conſtet, quod ab hæredibus ab inteſtato probandum.

L. 4. *ff. de his, quæ in teſt: del. d.* Diſp. *th. 39:*

d. §. Alſo da 2c. 103. Si non omnium, ſed unius, vel quorundam hæredum nomina ſint inducta, tunc illorum ſaltem inſtitutiones infirmantur, reliqua vero teſtamenti capita manent valida.

L. 2. *ff. de his, quæ inteſt. del. Lauterb. d. Diſp. th.* 48.

ſed ſi omnium hæredum nomina ſive inſtitutiones ſint cancellatæ, hæreditas defertur hæredibus ab inteſt.

L. *ult. d. t. D. Bardili, Ex. 6. Concl. 19.*

niſi de alia mente teſtatoris conſtet, quod nimirum hæredes ſcriptos pro indignis habuerit, tum enim hæreditas eis tanquam indignis aufertur, & fiſco vindicatur.

L. 12.

L. 12. & 16. §. ult. ff. L. 4. C. de his, quæ ut indign.

utroque tamen caſu legata, & in primo quidem, ex æquitate ſunt præſtanda.

L. 3. ff. de his, quæ in teſtam. Lauterb. *de Cancellat. th. 42. & ſeqq.*

legata & fideicommiſſa tantum ſi fuerint inducta, legatariis ſolum & fideicommiſſariis actiones denegantur, ipſa autem legata cancellata manent penes illos, a quibus ſunt relicta.

L. 1. §. 3. ff. de his, quæ in teſtam. del. d. Diſp. th. 49.

ſi quis Chriſtophorum inſtituerit hæredem, & poſtea pœnitentia ductus, ejus nomine cancellato, Johannem hæredem inſtituere vellet, id non valebit, ſed novo teſtamento opus eſt.

L. 21. §. 1. ff. qui teſtam. fac. Lauterb. *Diſp. de ſolennitate Teſtamentorum th. 11.* D. *Harppr. Reſp. 87. num. 27. & ſequ.*

104. Si aliquid cancellatum, quod pertinet ad ſolennitatem, v. g. ſi teſtator nomina teſtium induxerit, vel ſigilla, tum proprium, tum Notarii aut teſtium detraxerit, totum teſtamentum, æque ac ſi totum cancellatum eſſet, infirmatur, & hæreditas ab inteſtato venientibus defertur. d. §. Alſo da 2c.

arg. L. pen. C. de Teſtam. Lauterb. *de Cancellat. th. 41.*

in dubio, ſi non conſtet de cancellatione, an ab ipſo teſtatore, an vero ab alio facta ſit, videndum an teſtamentum cancellatum reperiatur in cuſtodia defuncti teſtatoris, an vero penes alium & tertium: illo caſu cancellatio ab ipſo teſtatore cenſetur facta, hoc vero à tertio facta præſumitur, & qui contrarium in hoc

poſte-

poſteriori caſu aſſerit, id probare tenetur, intra duos menſes de Jure Wurtembergico, quo non probato teſtamentum ſubſiſtit.

Lauterb. d. Diſp. th. 51.

per ſolam autem reſignationem non infirmatur teſtamentum.

D. *Harppr. Diſp. de Reſignat. ult. vol. th. 33. & ſq. Id. in Reſp. 87. num. 136. & ſq.*

§. So da einer ꝛc. 105. Porro infirmatur teſtamentum poſterioris teſtamenti confectione, licet in poſteriore prioris nulla mentio facta ſit.

§. Item ſo ꝛc. L. 27. C. *de Teſtamentis Ord.*

vel prius coram 7. teſtibus, poſterius autem ſecundum formam juris provincialis coram paucioribus conditum ſit; item licet poſterius ſit privilegiatum, v. g. teſtamentum paternum coram duobus teſtibus ordinatum, vel in poſteriori inſtituti ſint hæredes ab inteſtato, ubi jure civili 5. teſtes,

L. 21. §. *ult.* C. *de Teſtam.*

jure provinciali quatuor ſufficiunt;

Bardili Exerc. ad Pand. 6. Concl. 9. 10. & 11. Plebſt ad J. P. W. Diſp. 3. *th.* 246.

An clauſula derogatoria in priori poſita poſteriori teſtamento noceat, ſi teſtator hujus clauſulæ mentionem non fecerit?

vid. Dn. *Cocceji Diſp. de Clauſulis Teſtamentor.* Cap. 2. *num.* 132. & *ſeqq.*

ſi vero teſtator in teſtamento poſteriori ſcribat, ſe velle etiam prius valere, tum prius ſuſtinetur tanquam fideicommiſſum.

L. 29. *ff. ad SC. Trebell.*

& ſi teſtator poſterius cancellaverit, eo animo, ut prius valeret, datur bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas,

L. pen. §. ff. de Bon. poſſeſſ. ſec. tab.

quæ

quæ in hoc caſu hodienum neceſſaria eſt.

Dn. Stryck de Succ. ab. int. Diſſ. 9. Cap. 4. §. 31.

106. Si inhabilis ſit teſtator ad teſtandum, talis defectus nec per clauſulam codicillarem ſuppletur, quoties enim defectus circa inhabilitatem vel voluntatem teſtatoris occurrit, toties illum non ſupplet clauſula codicillaris, §. Es iſt auch ꝛc.

L. 11. § 2. ff. de leg. 3. Bardili Exerc. 3. Concl. 18. & 19.

ſi inhabilitas ſuperveniat poſt teſtamentum rite perfectum, diſtinguitur, an impedimentum ſuperveniens ſit facti, an juris? priori caſu, v. g. ob furorem aut prodigalitatem ſupervenientem non infirmatur teſtamentum,

§. 1. & 2. J. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. L. 6. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ.

poſteriori caſu, ſi v. g. teſtator ſtatus mutationem ſive capitis deminutionem patiatur, mediam ſcil. vel minimam, infirmatur teſtamentum, ſi nimirum jus civitatis amiſerit, vel arrogandum ſe præbuerit, reconvaleſcit tamen jure prætorio, ſi & civis & ſuæ poteſtatis mortis tempore fuerit,

§. 5. & 6. J. quib. mod. teſtam. infirm. Dn. Stryck de Succ. ab inteſt. Diſſ. 9. Cap. 4. §. 22. & ſq.

107. Hæredis inſtitutio baſis eſt & fundamentum totius teſtamenti; §. Deßgleichen ꝛc.

§. 34. J. de legatis.

ideoque ſi talis inſtitutus, qui de jure hæres eſſe nequit, teſtamentum nulla ratione ſubſiſtere poteſt, quia paria ſunt, hæredem ſcriptum non eſſe, vel talem ſcriptum eſſe, quem jura repellunt, adeo ut nec per clauſulam co-

dicillarem ſanari poſſit teſtamentum, in quo incapax hæres inſtitutus, cum talis ſemper ſit incapax, ſive directo ſive per indirectum, per fideicommiſſum ſcil. hæreditas ei detur, nam & fideicommiſſum non niſi iis, qui ex teſtamento aliquid capere poſſunt, relinqui debet.

L. 103. *ff. de Legat.* 1.

& hoc in caſu teſtamenrum non recte dicitur deſtitutum, ſed injuſtum, quia non ſecundum leges eſt conditum.

Lauterb. Diſſ. de Teſtam. deſtituto §. 4. *n.* 2.

§. Eben-mäßig 2c. 108. Quæ contra LL. fiunt, ſive contra formam in legibus præſcriptam, ea ipſo jure nulla ſunt.

L. 5. C. *de* LL.

hinc ſi vel unica ſolennitatum omiſſa ſit, teſtamentum non jure factum dicitur.

L. 1. *ff. de inj. rupt.* L. 4. *ff. qui teſtam. fac.*

ſi enim unus de ſeptem teſtibus defuerit, vel coram teſtatore omnes eodem loco teſtes ſuo vel alieno annulo non ſignaverint, jure deficit teſtamentum.

L. 12. *C. de Teſtam. ord.*

idque, licet Princeps in teſtamento imperfecto hæres ſcriptus ſit.

§. *ult. J. quib. mod. teſtam. infirm.* Lauterb. *Diſſ. de ſolennitate teſtamentor. th.* 32.

nec hæres ab inteſtato veniens naturaliter obligatus eſt ex tali ratione ſolennitatis imperfecto teſtamento, cum ejus obligatio non deſcendat ex voluntate & diſpoſitione defuncti, ſed ex proprio facto, agnitione ſcil. & approbatione illius voluntatis, quæ in dubio non ulterius facta cenſetur, quam LL. ipſum obligant.

L. 4.

L. 4. ff. de Uſur. vid. D. Harppr. Tract. Acad. 1. de Remedio L. *ult. C. de Fideicommiſſ. Cap.* 10. §. 9. & *ſq. Lauterb. Diſp. de ſolennitate Teſtam. th. ult. add. Dn. Cocc. Diſp. de Teſtamentis* Principum, *part.* 1. §. 40.

109. Jure civili, ſi liberi in poteſtate conſtituti, ſeu hæredes ſui, ſint præteriti, teſtamentum eſt ipſo jure nullum, ita, ut nec legata debeantur ex tali teſtamento. §. Item wann ꝛc.

L. 17. *ff. de injuſt. rupt. irrit.*

ſi vero emancipati ſint præteriti, ſubſiſtit de jure civili teſtamentum, ſed præteritis datur bonorum poſſeſſio contra tabulas, & legata certis perſonis ſunt præſtanda.

§. 3 *J de Exhæredat. lib. tot. tit. ff. de legat. præſt. contr. tab. bon. poſſ. pet.*

parentes autem ſi ſint præteriti, vel non rite aut inique exhæredati, teſtamentum ideo non eſt nullum, ſed inofficioſum.

§. *fin. J. de Exhæredat. liber.*

Jure vero Wurtemb. hiſce omnibus in caſibus teſtamentum pronunciatur nullum, legata vero & cætera teſtamenti capitula ſalva eſſe jubentur.

Lauterb. ad J. P. W. part. 3. th. 37. Id. in Diſp. *de Confuſione, th. 33. add. ſupr. not.* §. *88. 97. & 98.*

quod de teſtamento paterno de jure Wurtemb. ita intelligendum, ſi rite & ſecundum jus commune ſit confectum, ſi enim modo privilegiario conditum ſit, & liberi in eo exhæredati vel præteriti, totum corruit, ita ut nec legata debeantur, licet clauſula codicillaris fuerit adjecta.

vid. Jus Provinc. part. 3. tit. 5. §. Es iſt auch ꝛc. *Beſold. Diſp. de Teſtam. privil. par. int. lib. th.* 74.

§. Ferner wann ꝛc. 110. Rumpitur teſtamentum agnitione poſthumi, ſive naturalis ſive civilis iſte ſit.

§. 1. & 2. J. *de Exhæredat. liberor.*

ita ut ex tali teſtamento rupto nec legata debeantur, licet poſthumus naturalis ſtatim iterum deceſſerit, vel ex utero ſit exſectus, modo non fuerit monſtroſus.

L. 3. C. *de poſthum. hær. inſt.*

ſi tamen poſthumus civilis vivo teſtatore iterum deceſſerit, teſtamentum ruptum jure prætorio reconvaleſcit, & ſcripto hæredi bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas conceditur.

vid. ſupr. not. §. 88.

§. Nicht weniger ꝛc. §. Gleichfalls ꝛc. 111. Ab hæredis aditione tota vis & virtus teſtamenti pendet, adeo ut hæreditate non adita totum corruat teſtamentum, & omnis ejus vis ſolvatur, nihilque valeat ex iis, quæ in teſtamento deſtituto ſcripta ſunt, nec legata debeantur, niſi hæc ab inteſtato repetita, & hæredes legitimi illa pariter rogati ſint reſtituere, v. g. ſi teſtator legata vel fideicommiſſa à quocunque futuro hærede ſuo reliquerit, aut ſi dixerit vel ſcripſerit: legata & fideicommiſſa etiam hæreditate ex teſtamento non adita præſtari volo, aut aliunde conſtet de hujusmodi teſtatoris voluntate

Lauterb. Diſp. de Teſtam. deſtit. §. 14. & ſq.

debentur tamen legata, ſi clauſula codicillaris tali teſtamento deſtituto adjecta reperiatur.

arg. L. *ult. §. 1. C. de Codicill.*

& ſecundum diſpoſitionem juris provincialis Wurt. legata ad pias cauſas præſtanda ſunt, licet iſta clauſula non ſit addita.

vid.

vid. Jus prov. part. 3. tit. 6. §. Hiebenebeu 2c. & tit. 24. §. Wann aber 2c. d. Diſp. th. 17. ſequ.

112. Si liberi in patria poteſtate conſtituti, in teſtamento clauſula codicillari munito, præteriti vel inique exhæredati ſint, plurimi Interpretum negant, tale teſtamentum per hanc clauſulam codicillarem in vim fideicommiſſi ſuſtineri; ſed communior eſt ſententia affirmantium, quam approbavit etiam Jus provinciale Wurtembergicum, ita ut clauſula codicillaris ſanet hunc defectum præteritionis liberorum, hocque teſtamentum in vim fideicommiſſi ſuſtentet, ut tamen & Legitima & Trebellianica detrahi poſſit. §. Wiewohl nun 2c.

vid. Dn. D. Schœpff Dodec. Theſ. & Different. inter Jus Com. & Wurtemb. Th. 10. & 11. Id. in Decis. 253. n. 11. & 12.

113. Clauſula quippe codicillaris eſt expreſſio enixæ voluntatis teſtatoris in teſtamento ideo factæ, ut, ſi illud non poſſit valere ut teſtamentum, valeat ut Codicillus. §. Und iſt ferner 2c.

vid. Dn. Stryck Diſp. de Clauſula codicillari D. Harppr. Reſp. 87. num. 83. & ſequ.

operatur autem hæc clauſula fideicommiſſum, ita, ut teſtamentum, quod ob defectum ſolennium directo valere nequit, valeat in vim fidecommiſſi: h. e. hæredes ab inteſtato rogati cenſentur, ut deducta quarta Trebellianica hæreditatem reſtituant hæredibus in teſtamento inſtitutis.

L. 3. ff. de Teſtam. milit. L. 41. §. 3. ff. de Vulgari & pupillari Subſtitut.

nodo requiſita codicilli in tali teſtamento ſint

 ob-

obſervata, & defectus occurrat circa ſolennia aut circa hæredis inſtitutionem, ſecus, ſi circa inhabilitatem aut voluntatem teſtatoris. de jure tamen provinciali, ſi poſthumus teſtatori agnaſcatur poſt teſtamentum conditum, clauſula hæc codicillaris non operatur fideicommiſſum, nec poſthumus iſte hæreditatem reſtituere tenetur hæredi ſcripto, licet teſtator poſt illius agnationem aliquandiu vixerit, legata tamen ab eo ſunt præſtanda

vid. Bardili Exercit. ad Pand. 7. Concl. 23. & ſq. D. Harppr. Conſ. 78.

interim, ſi vivo adhuc Teſtatore moriatur talis poſthumus, convaleſcit teſtamentum ab illo conditum.

vid. §. Ferner ꝛc. h. t.

Tit. 21. Von Antrettung oder *Repudiation* der Erbſchafft.

114. Hæredes ſunt vel ſui vel extranei: ſui, qui in poteſtate teſtatoris ſunt tempore mortis ejus, eumque proximo gradu contingunt; extranei, qui teſtatoris juri ſubjecti non ſunt, uti liberi emancipati, & qui à matre hæredes inſtituuntur, & alii hæredes voluntarii.

§. Nachdem ꝛc.

§. 2. & 3. J. de hæred. qual. & differ.

illi non dicuntur adire hæreditatem, ſed ſe immiſcere, nec repudiare, ſed abſtinere, ſunt enim ipſo jure hæredes, Prætor tamen ipſis beneficium abſtinendi conceſſit; ſed extranei opus habent aditione, eamque declarant verbis vel factis.

d. §. 1. & §. 6. d. t. vid. D. Bardili Diſp. de Hæreditat. Aditione, in præfat.

§. Mit Worten ꝛc.

115. Poteſt autem hæres teſtamento vel lege ad hæreditatem vocatus etiam nuda volun-

luntate hæreditatem adire, quæ voluntas tamen verbis declaranda eſt, cum propoſitum in mente retentum nihil operetur, in dubio enim, ubi de hæreditatis aditione non conſtat, nemo adiiſſe præſumitur, ideoque hoc probandum, cum aditio pariter & immixtio ſint facti, hinc ex ſola inventarii confectione aditio non præſumitur.

vid. Jus prov. h. t. §. mit Worten ꝛc. *in fin.* & §. So aber. *Plebſt ad J. P. W. Diſp. 3. th.* 258. *add. Mev.* P. 1. *Dec.* 72.

ante omnia autem is, qui adire vult, ſcire debet 1. illum, de cujus hæreditate quæritur, eſſe defunctum; 2. hæreditatem ſibi eſſe delatam, 3. cauſam, ex qua ei obvenerit hæreditas; 4. an pure, an ſub conditione ei delata ſit hæreditas.

D. *Bardili d. Diſp. th.* 4.

116. Si verba hæredis dubia ſunt & obſcura, ita ut in utramque partem poſſint explicari, non cenſetur hæreditas adita, *d. §.* Mit Worten ꝛc.

vid. d. Diſp. *th.* 7. & 8.

poteſt enim hæres deliberare, utrum ſibi expediat habere hæreditatem, nec ne?

§. 5. J. *de hæred. qualit. & different.*

& quidem intra annum, ex quo cognovit, hæreditatem ſibi delatam eſſe, ſi ſcil. creditores, aut ſubſtituti, vel ſequentes gradu urgeant hæreditatis aditionem;

Nov. 1. *cap.* 1. §. 1.

quod ſi vero non urgeant, usque ad 30. annos integrum eſt hæredi, adire hæreditatem.

L. 9. C. *de Jure deliber.* D. *Harppr. Reſp.* 19. *num.* 39. *Bardili d. Diſp. th.* 57.

§. Mit der That ꝛc. §. So aber ꝛc. §. Und ſolle ꝛc.

117. Si hæres tale quid geſſit, quod citra jus & nomen hæredis geri nequit, pro hærede ſe geſſiſſe, & hæreditatem ipſo facto adiiſſe dicitur.

L. 2. 3. & 4 L. 20. ff. de Acquir. vel omittend. hered. Mev. p. 4. Dec. 173. D. Bardili d. Diſp. de Hæredit. adit. th. 10. & ſeq. D. Harppr. d. Reſp. 19. num. 32. & ſq.

ſi tamen ab initio ſtatim proteſtetur, ſe non animo hæreditatem adeundi, ſed vel pietatis vel cuſtodiæ cauſa hoc vel illud facere, hæreditas pro adita haberi nequit.

Bardili d. Diſp. th. 17. Mev. p. 1. Dec. 71. & 72. Maſcardus de Probat. Vol. 1. C. 40. & ſq.

ubicunque autem facta dubia ſunt & obſcura, & actus tales, ex quibus alia, quam hæreditatis aditæ conjectura capi poſſit, tum ex ejusmodi actu hæreditatis aditio non præſumitur.

D. Bardili d. Diſp. th. 18. & 19.

& in talibus actibus dubiis regulariter ſtandum eſt declarationi ejus, qui eos facit, nam hæreditatis aditio res eſt, quæ ab animo adeuntis dependet.

Carpz. Ipr. for. part. 3. conſt. 14. def. 22.

ſic tamen, ut interdum jurata aſſertio requiratur, interdum ſimplex ſufficiat, prout nimirum præſumtiones pro aditione majores ſunt vel minores.

D. Bardili d. Diſp. th. 20.

inprimis vero, quando hæres mortuus eſt, nec liquido intelligi poteſt, an adita ſit hæreditas, nec ne, judici de hæreditatis aditione diſpiciendum eſt ac judicandum, nec hæredi in hoc caſu recte defertur juramentum, ne anceps

anceps perjurium ſubire cogatur, cum factum alienum probabiliter ignoret.

conf. Jus prov. h. t. §. Und ſollen ꝛc. *Plebſt ad J. P. W. Diſp. 3. th. 259.*

118. Aditio vel repudiatio hæreditatis ſub conditione vel ex parte fieri nequit, in aditione enim requiritur certa voluntas, hinc, ſi ita quis dixerit: ſi hæreditas ſolvendo eſt, adeo hæreditatem, nulla eſt aditio. §. Es ſoll und muß ꝛc

L. 51. §. 1. *ff. de acquir. & omitt. hær.*

porro, cum hæreditas ſit individua, & hæres repræſentet perſonam defuncti, non poteſt partem hæreditatis agnoſcere & partem repudiare; & ſi hæreditas ſit teſtamento delata, hæres ſuo facto efficere nequit, ut defunctus pro parte teſtatus decedat, & pro parte inteſtatus.

D. Bardili d. Diſp. *de Hæredit. adit. th. 39.*

119 Pupilli, minores, prodigi, furioſi, hæreditatem ſoli, niſi aperte lucroſa ſit, vel hæreditas paterna, adire nequeunt, cum ſine tutore vel curatore aliis ſe obligare non poſſint. §. Und nachdem ꝛc

L. 9. §. 3. *ff. de autor. tut.* L. 3. *C. de reſtit. in integr. D. Bardili d. Diſp. th. 32. & ſq. D. Harppr. Diſſ. J. Civ. & Wurtemb. th. 27.*

hæres enim adita hæreditate obligatur creditoribus tam hæreditariis, quam teſtamentariis, illis ex vero, eodemque contractu, quo defunctus fuit obligatus, adeoque ex perſona defuncti, his ex quaſi contractu, hæreditatis ſcil. aditionis, ſed ex propria perſona;

§. 5. *J. de Oblig. quæ quaſ. ex contr.* L. 8. *pr. ff. de acquir. & omitt. hær.*

ſi tamen temere damnoſam hæreditatem ſuſ-

ceperint, prætor eis ſuccurrit beneficio reſtitutionis in integrum.

§. 5. J. de hær. qual. & diff. Bardili d. Diſp. th. ult. add. Hoppius ad §. 1. J. de Aut. Tut.

idem dicendum de fœmina, quæ hæreditatem ſine curatore adire nequit, quod maxime notandum eo in caſu, wann die Ehe-Weiber poſt mortem mariti obærati in dem Gut ſitzen bleiben, & actus hæreditarios ſolæ per ſe exercent, quod tunc non cenſeatur firmiter adita ab eis hæreditas; aliter ſe res habet, quando tali in caſu actus cum curatore facit.

Wibelius de Contractibus mulierum, Cap. 3. §. 5. num. 43. Bardili d. Diſp. th. 34.

§. Weil auch ꝛc. 120. Liberi legitimam ex bonis paternis in præjudicium creditorum, repudiata reliqua hæreditate capere nequeunt, legitima enim deducitur ex bonis, bona autem non intelliguntur, niſi deducto ære alieno.

L. 39. ff. de Verb. ſign. Bardili Exerc. 5. Concl. 10. Id. in Diſp. de Condict. ex L. ad ſuppl. legit. th. 33. Id. de Hæredit. adit. th. 40. D. Harppr Conſult. 69. num 130.

§. Da nun ꝛc. 121. Semel adita hæreditas repudiari amplius nequit, cum, qui ſemel hæres eſt, amplius hæres eſſe deſinere nequeat.

L. 18. ff. de hæred. inſtit.

licet cum beneficio inventarii adierit, nam etiam talis verus hæres eſt.

Bardili Exercit. 5. Concl. 17.

eſtque aditio hæreditatis quaſi contractus,

§. 5. J. de Obligat. quæ qs. ex contr.

contractus autem ab initio quidem ſunt voluntatis, poſtea vero neceſſitatis,

L. 5. C. de Obligat. & act.

& per aditionem hæreditatis bona defuncti cum

cum patrimonio hæredis confunduntur, ita ut non amplius hæreditas, ſed proprium hæredis patrimonium dicantur.

Bardili Diſp. de Hæredit. adit. th. 54.

viciſſim ei, qui ſemel repudiavit hæreditatem, ad renunciata non datur regreſſus, quia per repudiationem ſubſtitutis vel ſequentibus gradu ſtatim jus quæſitum eſt, quod invitis amplius auferri nequit.

Plebſt. ad J. P. W. Diſp. 3. th. 264.

124. Dominium rerum hæreditariarum, ſeu totum a defuncto relictum patrimonium, ipſo jure tranſit in hæredem, tanquam ſucceſſorem univerſalem, à jure civili, quatenus prætorio opponitur, vocatum; retrotrahitur enim tempus aditæ hæreditatis ad tempus mortis. §. Und ob wohl ꝛc.

L. 45. ff. de acquir. & omitt. her. L. *193. ff. de reg. jur. D. Frommann* Diſp. *de Tranſitu dominii legali, th. 27. D. Bardili* Diſp. *de Hæreditatis aditione, th. 48.*

habetur quippe hæres cum defuncto pro una eademque perſona.

Nov. 48. præfat.

excipiuntur jura & privilegia perſonalia, itemque ſervitutes perſonales, quæ cum perſona defuncti expirant, nec in hæredes ejus transmittuntur.

L. *196. ff. de reg. Jur. Bardili d. Diſp. th. 52.*

poſſeſſio autem, quæ, quatenus acquirenda, facti eſt,

L. 23. ff. de acquir. & amitt. poſſ.

ſolo animo non acquiritur, ſed actuali apprehenſione opus habat, etſi hæres ſuus ſit.

L. 3. §. 1. d. t. Bardili Exercit. 5. Concl. 14.

poteſt

ceperint, prætor eis ſuccurrit beneficio reſtitutionis in integrum.

§. 5. *J. de hær. qual. & diff.* Bardili *d. Diſp. th. ult. add. Hoppius ad* §. 1. *J. de Aut. Tut.*

idem dicendum de fœmina, quæ hæreditatem ſine curatore adire nequit, quod maxime notandum eo in caſu, wann die Ehe⸗Weiber poſt mortem mariti obærati in dem Gut ſitzen bleiben, & actus hæreditarios ſolæ per ſe exercent, quod tunc non cenſeatur firmiter adita ab eis hæreditas; aliter ſe res habet, quando tali in caſu actus cum curatore facit.

Wibelius de Contractibus mulierum, Cap. 3. §. 5. num. 43. Bardili d. Diſp. th. 34.

§. Weil auch ꝛc. 120. Liberi legitimam ex bonis paternis in præjudicium creditorum, repudiata reliqua hæreditate capere nequeunt, legitima enim deducitur ex bonis, bona autem non intelliguntur, niſi deducto ære alieno.

L. 39. *ff. de Verb. ſign. Bardili Exerc.* 5. *Concl.* 10. *Id. in Diſp. de Condict. ex* L. *ad ſuppl. legit. th.* 33. *Id. de Hæredit. adit. th.*40. *D. Harppr Conſult.* 69. *num* 130.

§. Danun ꝛc. 121. Semel adita hæreditas repudiari amplius nequit, cum, qui ſemel hæres eſt, amplius hæres eſſe deſinere nequeat.

L. 18. *ff. de hæred. inſtit.*

licet cum beneficio inventarii adierit, nam etiam talis verus hæres eſt.

Bardili Exercit. 5. *Concl.* 17.

eſtque aditio hæreditatis quaſi contractus,

§. 5. *J. de Obligat. quæ qſ. ex contr.*

contractus autem ab initio quidem ſunt voluntatis, poſtea vero neceſſitatis,

L. 5. C. de Obligat. & act.

& per aditionem hæreditatis bona defuncti cum

cum patrimonio hæredis confunduntur, ita ut non amplius hæreditas, ſed proprium hæredis patrimonium dicantur.

Bardili Diſp. de Hæredit. adit. th. 54.

viciſſim ei, qui ſemel repudiavit hæreditatem, ad renunciata non datur regreſſus, quia per repudiationem ſubſtitutis vel ſequentibus gradu ſtatim jus quæſitum eſt, quod invitis amplius auferri nequit.

Plebſt. ad J. P. W. Diſp. 3. th. 264.

124. Dominium rerum hæreditariarum, ſeu totum a defuncto relictum patrimonium, ipſo jure tranſit in hæredem, tanquam ſucceſſorem univerſalem, à jure civili, quatenus prætorio opponitur, vocatum; retrotrahitur enim tempus aditæ hæreditatis ad tempus mortis. §. Und ob wohl ꝛc.

L. 45. ff. de acquir. & omitt. hær. L. 193. *ff. de reg. jur. D. Frommann* Diſp. *de Tranſitu dominii legali, th. 27. D. Bardili* Diſp. *de Hæreditatis aditione, th. 48.*

habetur quippe hæres cum defuncto pro una eademque perſona.

Nov. 48. præfat.

excipiuntur jura & privilegia perſonalia, itemque ſervitutes perſonales, quæ cum perſona defuncti expirant, nec in hæredes ejus tranſmittuntur.

L. 196. *ff. de reg. Jur. Bardili d. Diſp. th.* 52.

poſſeſſio autem, quæ, quatenus acquirenda, facti eſt,

L. 23. ff. de acquir. & amitt. poſſ.

ſolo animo non acquiritur, ſed actuali apprehenſione opus habat, etſi hæres ſuus ſit.

L. 3. §. 1. d. t. Bardili Exercit. 5. Concl. 4.

poteſt

poteſt tamen hæres vacuam poſſeſſionem apprehendere, propria autoritate.

D. *Bardili de Diſp. th. 48. & 49.*

quidſi ab alio jam apprehenſa ſit;

vid. d. th. 49.

Tit. 22. Von Inventarien. 125. Jure Wurtembergico ad confectionem inventarii ſequentia deſiderantur: 1. ut hæres coram duobus ſenatoribus vel aliis honeſtis viris profiteatur, ſe inventarium conficere velle; 2. ut a præfecto petat, ſibi duos ex judicibus, coram quibus inventarium teſtato conficiatur, dari; 3. ut ſcriba juratus univerſas res hæreditarias ſedulo conſignet & deſcribat: 4 ut intra tres menſes, qui non à tempore delatæ, uti jure civili, ſed à die aditæ demum hæreditatis computantur, illud abſolvatur, niſi bona in diverſis locis ſita, quo caſu longius tempus pro arbitrio judicis conceditur; quibus 5. addunt, ut exemplum ſive copia inventarii apud judicem deponatur. creditores autem, legatarii, fideicommiſſarii, ad confectionem inventarii hæreditatis, præcipue, ſi ratione æris alieni nullum periculum ſubſit, hodie non amplius citantur.

§. Wann nun ꝛc.

§. Und obwohl ꝛc.

§. Wann dann ꝛc.

§. Da man auch ꝛc.

vid. D*n. D. Schœjff,* D*iß. de Probat. contra Inventarium, §. 15.*

aliud dicendum, ſi de ære alieno ſuſpecta ſit hæreditas, & de creditoribus, quot & quinam ſint, non ſatis conſtet, ubi hi per Edictum citandi.

Lauterb. D*iſp. de Inventario hæreditatis*, *th. 8.*
D. *Harppr. Differ. March.* B*ad, P. 5. th. 41. in fin.*

d. Wann nun ꝛc. 126. Magnum beneficium inventarii eſt, quo mediante hæres capere poteſt commoda

hære-

hæreditatis, ſi quæ ſunt, ſine metu damni; cum alias ſimpliciter adita hæreditate, hæredes ad omnia onera hæreditaria obligentur, licet vires hæreditatis excedant vel maxime.

Lauterb. d. Diſp. th. 1. num. 3.

confecto autem inventario ultra vires hæreditatis non tenetur hæres, imo detrahere tunc poteſt legatariis & fideicommiſſariis quartam;

L. fin. §. 4. C. de jure deliber.

nec non ſervare id, quod ſibi à defuncto debetur, cum alioquin hæredis & defuncti bona per aditionem hæreditatis confundantur, & ſic per confuſionem creditum extinguatur, ita v. g. liberi hæreditatem paternam cum beneficio inventarii adeuntes ſua bona materna adhuc naturaliter in eadem exiſtentia, propria autoritate exinde auferre queunt.

Lauterb. d. Diſp. th. 18. & ſq. Id. in Diſp. de Confuſione, th. ult.

127. Privatur autem jure Wurtemb. hæres beneficio inventarii, ſi animo doloſo aliquid, ſo nicht gar geringſchätzig iſt, celaverit, ſolidaque tenetur præſtare legata, & omne æs alienum exolvere. § Und da ꝛc. §. Dem nach ꝛc.

Lauterb. d. Diſp. de Inventar. hæred. th. 12. num. 14. D. Harppr. Diſſ. March. Bad. part. 5. th. 42.

hinc, ſi vidua ex bonis ad maſſam ſpectantibus doloſe aliquid celaverit vel ſurripuerit, beneficia muliebria perdit, nec ad renunciationem acquæſtus conjugalis amplius admittitur, ſed omnium onerum rea manet, quæ alias declinare potuiſſet.

arg. §. Und da ein Erb ꝛc. h. t.

aliud

aliud de ea dicendum, quæ prius hæreditatem repudiavit, quam eam expilaret.

D. *Harppr. in Tr. de Renunciat. acqueſt. conjug.* § 138. & 139.

conjux ſuperſtes ob hanc cauſam quomodo porro puniatur?

vid. Jus prov. part. 4. tit. 3. §. Immaſſen ꝛc.

quænam autem cautela in confectione inventarii adhibenda ſit.

vid. d. Jus prov. h. t. §. ult.

Tit. 23. De Collatione bonorum.

§. Nachdem ꝛc.

128. Collatio bonorum locum habet inter ſolos deſcendentes, aſcendentibus ſuccedentes, non vero inter aſcendentes, nec inter collaterales, nec ſi liberi cum patre in ſucceſſione matris concurrunt; inde, ſi parentes conſtante matrimonio liberos dotant, licet ea dos pro dimidia parte à patre, pro altera à matre profecta ſit, nihilominus ſoluto matrimonio, quando inter ſuperſtitem conjugem & liberos hæreditatis prædefuncti diviſio inſtituitur, in ea dos nullo modo confertur; ſi vero illius defuncti hæreditas inter liberos eſt dividenda, dimidia pars dotis, & ſuperſtite mortem obeunte, reliquum conferri debet.

Lauterb. Diſp. *de* Dotis *collat. part. 2. reſolut. 1.* *Ejusd.* Diſp. *de* Donat. *propt. nupt. th. 58.* *add.* D. *Harppr. Conſ. 58. per tot.* Dn. D. *Schvveder, Diſſert. de Remed. L. 3. C. Commun. utr. jud.* § 28. *add. Reſcr.* Duc. *d. d. 20. Julii 1683. p. 6. & 9.* §. 3.

cum itaque collatio ſit onus ſuccedentium, patet inde, quod ceſſante ſucceſſione ceſſet etiam collatio, hinc ſi filius vel filia patris hæredes eſſe nolint, & hæreditate abſtineant, nihil ex dote vel donatione filio facta conferre tenentur, modo reliqui liberi ſalvam habeant

beant legitimam, quæ ſupplenda, & computanda, computatis illis bonis, quæ ſi filius vel filia ſucceſſiſſet, conferre debuiſſet, cum bonis, quæ defunctus reliquit.

L. *ult. ff. de Dot. collat. Nov. 92. c. 1. vid. Dn. Strycke, de Succ ab Int. Diſſ. XI. cap. 6. §. 11. & 12.*

129. Porro notandum, quod in pr. h. t. agatur non tantum de collatione, ſed ſimul etiam de imputatione in legitimam; nimirum in legitimam imputantur non ſolum, quæ à viventibus parentibus liberi acceperunt, ſed etiam ea, quæ per ultimam voluntatem à parentibus ſunt relicta; non autem conferuntur, quæ liberis per ultimam voluntatem ſunt relicta, ſed dotes ſaltem ac ſimiles res à parentibus viventibus datæ, hinc verba ultima d. pr. h. t. quæ de collatione loquuntur, reſtringenda ſunt ad ſuum ſubjectum, nempe ad res collationi obnoxias, quæ ſcil. a viventibus parentibus relictæ, non vero per ultimam voluntatem. *d. §. Maſſe dem ꝛc.*

Lauterb. d. Diſp. de Dotis Collat. p. 2. Reſ. ult.

130. Non ſemper res ipſa vel ſpecies, quæ loco dotis vel donationis propter nuptias data eſt, in medium conferri debet, ſed filius pro arbitrio rem ſibi conceſſam ex præſumta voluntate defuncti retinere poteſt, ſicque dos confertur minus capiendo; ſi item pater filiæ fundum æſtimatum in dotem dederit, inſtituta diviſione prior æſtimatio conſideranda eſt, non vero nova ineunda, ſi vero inæſtimatum dederit, æſtimatio facienda, prout eſt tempore collationis.

d. Diſp. part. 1. §. 57.

§. Wann aber ꝛc. 131. De jure civili filius ſive ſuus, ſive emancipatus, donata à patre conferre tenetur, niſi aliam legem pater donationi dixerit.

§. Da auch ꝛc. L. 13. C. *de Collat.* Dn. *Stryck Tr. de Succ. ab inteſt.* Diſſ. XI. Cap. 4. *num.* 14.

ſed de jure Wurtemb. donatio ſimplex, ſive filio in patria poteſtate conſtituto, ſive emancipato facta fuerit, non confertur.

D. *Harppr. de Uſusfr. ſtatut. mat. adj.* §. 24. *pag.* 31. *in fin.*

modo illa donatio, quæ filio in ſacris paternis exiſtenti facta, à patre vivo non fuerit revocata, ſed per mortem ejus confirmata.

Plebſt ad J. P. *W.* Diſp. 3. *th.* 278.

pro emancipatis autem habentur liberi, qui ab œconomia paterna, ſive per matrimonium, ſive alia ratione, ſeparati ſunt,

D. *Harppr.* Diſſert. *de ſeparat. ab Oecon. paterna, th.* 22. & *ſq.*

§. Wofern aber ꝛc. 132. In collationem veniunt etiam ea, quæ pater liberis dedit in ſubſidium paternum, zur Vätterlichen Hülffe, niſi exiguitas ſubſidii paterni aliam inducat conjecturam, quod nempe pater donare voluerit, impedit enim collationem parentis voluntas etiam non expreſſa, ſed tacita ſaltem.

Carpz. Jpr. *for. p.* 3. C. 11. *def.* 15. D. *Harppr. Differ. March-Bad. p.* 6. *th.* 21. *pag.* 153.

quæ vero data ſunt in anticipationem mortis, ea ab emancipatis omnino ſunt conferenda.

Beſold ad J. P. *W.* Diſp. 3. *th* 149.

§. Was dann ꝛc. 133. Jure communi ſumtus ſtudiorum regulariter non ſunt conferendi,

L. 50. *ff. famil. erciſc.*

ratio

ratio conſiſtit in favore ſtudiorum, quo eo citius ad excolenda ſtudia alii alliciantur; ampl. 1. licet pater ſumtus hoſce conſignaverit, quippe quod in dubio ſaltem notitiæ gratia factum cenſetur. 2. licet ſumtus in peregrinationem facti; vel 3. pro conſequenda dignitate academica; limit. 1. Si pater credendi animo tales impenſas fecerit, & deſuper proteſtatus fuerit, vel alia ratione hoc probetur. 2. ſi ſumtus à filio male collocati. 3. ſi tanti ſunt, ut reliqui liberi legitimam non habeant ſalvam

vid. D. Kurreri Diſp. de Immunitate Studiorum aliorumque ſumtuum à collatione add. Dn. Stryck Tr. de ſucc. ab inteſt. Diſp. II. Cap. 3. §. 8. & ſequ. Dn. Coccej. Diſp. de Legitima ejusque nec. præſtat. §. 23.

134. Quicunque teſtamentum facere nequit, ille nec legata relinquere poteſt; *Tit. 24. Von Legaten* ꝛc.

L. *6.* §. *pen.* L. *8.* §. *2.* *ff. de Jure codicill.*

quod intelligendum, ſi quis jure impediatur, v. g. ſi ſit impubes, vel de Jure Wurt. 16. annis minor; non ſi facto, v. g. ſi non poſſit habere 7. teſtes, vel inter 7. teſtes etiam ſint fœminæ, talis enim nihilominus codicillos condere, & in his legata relinquere poteſt. §. Dieſenige ꝛc. §. und mögen ꝛc.

pr. J. de Codicill.

legari autem illis poteſt, cum quibus eſt teſtamenti factio, ſcil. paſſiva,

§. *24.* J. *de legat.*

& quidem tempore teſtamenti conditi, ut conſiſtat legatum, & tempore mortis legantis, ut effectum habeat.

arg. L. 49. §. *1. ff. de hered. inſtit.*

135. Si quis ſibi ipſe legatum adſcripſerit, id non ſolum pro non ſcripto habetur, ita ut legatum tranſeat ad ſubſtitutum, vel maneat penes hæredem, vel illum, à quo relictum eſt,

L. 1. pr. de his, quæ pro non ſcript.

ſed ſcribens inſuper incidit in crimen L. Corn. de falſis,

L. 3. & 4. C. de his, qui ſibi adſcrib.

quod limitatur, niſi teſtator ipſe propria manu, vel alius juſſu teſtatoris adſcripſerit legatum, vel ſpeciali ſubſcriptione id corroboraverit teſtator.

Carpz. Ipr. for. P. 3. *C. 3. def. 9. &* 10. *Brunnemann. ad L. 1. ff. de his, quæ pro non ſcr. & ad L. 1. C. de his, qui ſibi adſcr.*

neque marito fas eſt in uxoris teſtamento legatum ſibi adſcribere,

L. 4. *C. de his qui ſibi adſcr.*

quamvis in extranei teſtamento uxori legatum adſcribere non prohibeatur.

L. 18. *ff. ad* L. *Cornel. de falſ.*

§. *Legata* mögen ꝛc.

136. Legata etiam extra teſtamentum, & absque hæredis inſtitutione, ab inteſtato, vel in epiſtola, vel in codicillis aut etiam ſine ſcriptura, ſolo nutu, relinqui poſſunt, adhibitis tamen ad minimum 5. teſtibus.

L. 22. C. de fideic. L. 1. *C. de Codicill.* L. 21. *pr. ff. de legat.* 3.

niſi quis futurum hæredem ſuum præſentem rogaverit, ut poſt mortem ſuam hæc & illa legata certis perſonis exolvat, tum enim hæres illa, quæ hoc modo fidei ſuæ concredita, & ſibi à defuncto etiam ſine ullis teſtibus injuncta fatetur, omnino adimplere obſtrictus eſt;

eſt; ſi vero negat, juramentum ei deſuper deferri poteſt à fideicommiſſario, quod juramentum, ſi prius de calumnia juraverit deferens, præciſe ſubire tenetur hæres, vel fideicommiſſum præſtare.

L. fin. C. de Fideicom. §. fin. J. de fideic. hæredit. vid. D. *Harppr. Tract. Academ. I. de Remedio* L. *ult. C. de Fideicommiſſis.*

137. In legatis pure relictis cedit dies à tempore mortis teſtatoris, h. e. incipit deberi, non tamen venit dies, h. e. non poteſt peti legatum, niſi poſt aditam hæreditatem; hinc, quando ceſſit dies, datur quidem actio ad petendum legatum, idemque etiam ad hæredes transmittitur, licet ante aditam hæreditatem mortuus ſit legatarius, ſed non datur exactio, niſi etiam adita ſit hæreditas. § Wann ein Legat pure &c.

L. *5. pr. & §. 1. ff. quando dies legati ced.* ſi vero legatum ſit perſonale, v. g. uſusfructus, dies cedit demum ab adita hæreditate, quia hic non eſt ſpes transmiſſionis ad hæredes.

L. *un. ff. quand. dies uſusfr. leg. ced.*

138. Si legatum in diem certum relictum, executio tantum differtur, legatum vero non ſit conditionale. § Gleiche Meynung &c.

L. 21. ff. quando dies leg. ced.

hinc cum etiam in tali legato dies cedat ex tempore mortis teſtatoris, legatarius id in hæredes transmittit, licet ipſe ante aditam hæreditatem die nondum exiſtente deceſſerit, quotiescunque enim legati dies vivo legatario ceſſit, toties legatum etiam non agnitum, modo non repudiatum, transmittitur in hæredes.

L. *3. ff. d. t.*

§. Und ſo das ꝛc. 139. Si legatum ſub conditione, vel in diem incertum, vel in tempus mortis alicujus tertii relictum, dies legati cedit ex tempore exiſtentis conditionis, diei incerti, vel mortis tertii, hinc ſi legatarius ante conditionem vel diem exiſtentem mortuus, legatum ad hæredes non transmittit.

L. 4. ff. quand. dies leg. L. un. §. 7. C. de Caduc. toll.

quod aliter ſeſe habet in contractibus, nam in conditionali ſtipulatione ſpes quidem tantum eſt, debitum iri, ſed tamen ea ipſa ſpes in hæredes transmittitur.

§. 4. *Inſt. de Verbor. obligat.*

quia non ſolum pro nobis, ſed etiam pro hæredibus noſtris contrahimus.

L. 13. *C. de contrahenda ſtipulat.*

§. Was aber ꝛc. 140. Legatum alimentorum, perinde uti legatum annuum, ratione primi anni purum eſt, & ab initio ſtatim in hæredes transmittitur;

L. 5. L. 8. *ff. de Legat. ann.*

ratione reliquorum vero annorum conditionale eſt, ſcil. ſi vixerit is, cui alimenta ſunt relicta, quippe quæ morte deſinunt.

L. 8. §. 10. *ff. de transact.*

§. Dieweil ꝛc. 141. Si res legata privata autoritate occupatur, antequam hæres eam poſſedit, repetitur interdicto quod legatorum.

L. 1. §. 1. & 2. *ff. quod legator.*

ſi vero ſubtractio facta ſit poſt apprehenſam ab hærede poſſeſſionem, legatarius jus ſuum amittit.

L. 5. *C. de Legatis,*

& hoc locum habet etiam in fideicommiſſis univerſalibus; limitatur tamen 1. Si teſtator ipſe

ipſe dederit poteſtatem propria autoritate rem legatam apprehendendi. 2. Si legatarium conſtituit executorem teſtamenti, quo in caſu hæc facultas ei tacite conceſſa cenſetur. 3. Si hæres in re certa ſit inſtitutus, & habeat cohæredes, ubi quidem eſt inſtar legatarii, ſed tamen propria autoritate legatum occupare poteſt. 4. Si nemo ſit, è cujus manu legatum accipere poſſit.

Brunnem. ad d. L. 5. C. de Legat.

142. Hæres, qui hæreditatem ſibi à defuncto delatam adiit, legata vero, decreto judicis admonitus, intra annum ab illa admonitione computandum non præſtitit, nec alia defuncti præcepta complevit, amittit quod ſibi relictum eſt, excepta legitima. §. Wir ſetzen ꝛc.

Nov. 1. cap. 1.

quibusnam autem perſonis portio amiſſa deferatur, ex d. Nov. 1. tradit.

Dn. Stryck in Tr. de Succ. ab int. Diſſert. 1. Cap. 1. §. 30. & ſq. jung. Lauterb. Diſp. de Teſtam. deſtit. §. 35. & ſq.

143. Deſtituto teſtamento tota ejus vis extinguitur & evaneſcit, nihilque valet ex iis, quæ in tali teſtamento ſcripta ſunt, nec pupillaris ſubſtitutio, nec exhæredatio, nec tutoris conſtitutio, nec codicilli, nec fideicommiſſum univerſale, nec legata & fideicommiſſa particularia. §. Wann aber ꝛc.

Lauterb. d. Diſp. §. 9. & ſeq.

cum non poſſit teſtamentum pro parte valere, pro parte non valere, hinc jure civili nec legata ad pias cauſas excipiuntur; jure vero Wurtembergico talia præſtari jubentur ab hæ-

 redibus

redibus ab inteſtato, vel etiam his repudiantibus, ab executoribus teſtamenti vel curatoribus, de eo, quod deductis impenſis & ære alieno ſupereſt.

vid. Lauterb. ad J. P. W. p. 3. th. 43.

Tit. 25. De Lege Falcidia &c.

144. Lex Falcidia primario in gratiam hæredum introducta eſt, ne ſcil. lucro hæreditario penitus deſtituti, recuſarent hæreditatem adire.

L. 71. *ff. ad* L. *Falcid.*

§. Wann ein Erbſchafft ꝛc.

ſecundario etiam in ipſius teſtatoris gratiam, ne ille ſine hærede decederet.

pr. J. d. t.

quantitas autem patrimonii in computanda quarta Falcidia mortis tempore ſpectatur, hinc quicquid poſt mortem teſtatoris accedit hæreditati, illud accedit hæredi, quodcunque decedit, illud decedit hæredi.

§. 2. J. de Lege *Falcidia, ibique Hoppius.*

§. Und weil ꝛc.

145. Si jura legata ſunt, quæ dividi non poſſunt, v. g. ſervitutes, æſtimatio in computationem Legis Falcidiæ deducitur; idem eſt, ſi factum legatum oneret falcidiam.

D. Bardili Diſſ. *de Obligat. faciendi, th. 69.*

ſecus ſe res habet in uſufructu legato, qui diviſionem recipit, eſt enim uſusfructus ſervitus dividua.

L. 16. *ff. fam. erciſc.* L. 5. *ff. de Uſufr.*

§. Es gebühret ꝛc.

146. Legitima imputatur in Falcidiam, quia percipitur jure hæreditario, quæcunque autem jure hæreditario habet hæres, ea in Falcidiam imputanda ſunt.

L. 74. *L. 91. ff. ad L. Falcid.*

filius

filius ergo legatis oneratus Falcidiam & Legitimam ſimul deducere nullo jure poteſt,

arg. L. 8. §. 9. *ff. de inoff. teſt.*

at fideicommiſſo univerſali gravatus Trebellianicam & Legitimam certo caſu detrahit Jure Canonico.

vid. ſupr. not. p. 3. §. 79.

147. Ceſſat detractio Falcidiæ 1. Si hæres, non ignorans vires hæreditatis, uni vel alteri legatario integra legata exolvat, tum enim etiam reliquis ea integra præſtare tenetur. §. Alſo auch ꝛc.

Nov. 1. cap. 3. pr.

niſi cum proteſtatione uni ſolverit;

arg. L. 34. *ff. de negot. geſt.*

vel ex improviſo poſtea emerſerit æs alienum.

Avthent. ſed cum teſtator. C. h. t.

2. ceſſat falcidiæ detractio, ſi id egerit hæres, ut intercideret voluntas teſtatoris.

L. 59. *pr. ff. ad* L. *Falcid.*

ſi teſtamentum celavit, ſi rem legatam deperditam eſſe dixit, aut admonitus intra annum legata non præſtitit.

Dn. Stryck de Illicita Falc. detractione, C. 3. num. 89.

3. ceſſat, ſi dos uxori legata, ſi legitima legata, item in legatis ad pias cauſas, quibus caſibus damnum redundat in ſolum hæredem, nec eo plus reliquis legatariis falcidiæ nomine detrahere licet. §. Es ſeyen ꝛc.

Nov. 131. cap. 12. Carpz. J. For. p. 3. C. 1. def. 17.

4. Si teſtator detractionem falcidiæ prohibuerit, expreſſe vel tacite, ſive verbis æquipollentibus, v. g. ſi dixerit: hæres meus integra legata ſolvat, vel ſine diminutione ea præſtet; §. Endlich ꝛc.

vel bona ne alienet, ſed ea penes hæredes maneat.

vid. Lauterb. ad J. P. W. p. 3. th. 44.

Tit. 26. Von Codicillen ꝛc.

148. Codicillus eſt minus ſolennis ultima voluntas, de eo, quodquis poſt mortem ſuam fieri vult, excepta hæredis inſtitutione.

§. Wann einer ꝛc.

§. 2. & fin. J. de Codicill.

in genere autem codicilli alii nuncupativi ſunt, alii ſcripti,

§. Da auch ꝛc.

L. fin. §. fin. C. cod.

Nuncupativi ſunt vel expliciti vel impliciti, quando ſcil. teſtator coram teſtibus ſe refert ad ſchedam, in qua dicit ſuam ultimam voluntatem contineri.

vid. D. Harppr. Conſ. 5 num. 165. & ſq.

porro tam nuncupativi quam ſcripti alii ſunt teſtamentarii, alii non teſtamentarii; illi fiunt & ſubſiſtunt cum teſtamento, quod præcedere ſolet vel ſubſequi, & ſic vires ſuas capiunt ex teſtamento, ab eoque dependent.

L. 14. & 18. ff. de Codicill. L. 3. §. ult. L. 16. ff. cod.

hi fiunt nullo condito teſtamento, vel condito quidem, ſed tali, quod per ſe non ſubſiſtit, ſed quia eidem adjecta clauſula codicillaris.

L. 29 §. 1. ff. qui teſtam. fac. L. fin. pr. & §. 1. C. h. t.

adeoque propria vi ſubſiſtunt, & hæres ab inteſtato implere tenetur voluntatem defuncti.

d. L. 6. ff. h. t.

de codicillis relativis ſive ſchedis teſtamentariis

vid. Beſold ad J. P. W. Diſp. 3. th. 155. Bardili Diſp. de Schedа Teſtam. th. 4. ſq.

149. In codicillis nec inſtitutio hæredis, nec ſubſtitutio nec exhæredatio directo fieri poteſt. §. Und wie wohl ꝛc.

§. 2. *J. de Codicill.* §. Wie wohl nun ꝛc

ſed tamen fideicommiſſum univerſale in iis relinqui; inde, ſi hæres inſtitutus vel ſubſtitutus ſit in codicillis, iſta inſtitutio vel ſubſtitutio directò non valet, quia hæreditas in codicillis directo neque dari neque adimi poteſt, d. §. 2. ex benigna tamen interpretatione ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, h. e. hæres ab inteſtato vel hæres inſtitutus rogati cenſentur, ut detracta quarta Trebellianica hæreditatem reſtituant hæredi inſtituto vel ſubſtituto.

L. 13. §. 1. *ff. de Jure Codicill.* L. 76. *ff. ad SC. Treb.*

150. Plura teſtamenta facere non licet, §. und mag einer ꝛc.

§. 2. *J. quib. mod. teſtam. infirm.*

quia teſtamentaria diſpoſitio ad univerſa bona extenditur.

§. 5. *J. de hær. inſtit.*

ſed tamen plures codicillos, quia hi etiam de rebus particularibus fieri poſſunt.

§. *fin. J. de Codicill.*

modo ſibi invicem non ſint contrarii, ſic enim poſteriores tantum valent.

L. 3. C. *h. t.*

ſi vero non conſtet, quinam priores ſint, quinam poſteriores, neuter valet.

arg. L. 30. ff. de Teſtam. tut. Hoppius ad §. *fin.* J. *de Codicillis.*

151. Teſtamento deſtituto, nec ejusdem codicilli valent, quia & hi ad teſtamentum pertinent, & vires ex eo capiunt, ut proin §. Ferner ꝛc.

principali deſtituto, ipſi tanquam acceſſorium ſubſiſtere nequeant.

L. 3. §. *fin.* L. 16. *ff. de Jure Codic.* L. 1. *C. eod. Lauterb.* Diſſ. *de Teſtam. deſtit.* §. 12.

aliter ſe res habet in teſtamento invalido, quod ab initio ſtatim debitis ſolennitatibus caruit, hoc enim caſu codicilli ſubſequentes, quaſi nullum adeſſet teſtamentum, ab inteſtato conditi cenſentur, & per ſe ſubſiſtunt.

Plebſt ad J. P. *W.* Diſſ. 3. *th.* 348.

Tit. 27. Von *Executorn* der letzten Willen ꝛc.

§. Welcher ꝛc.

§. Ferner ꝛc

§. Da dann ꝛc.

152. Executor ultimæ voluntatis præſentibus hæredibus & id ipſum petentibus, coram judice 1. jurare tenetur, facta ſcil. promiſſione ad baculum judicialem, de ultima voluntate teſtatoris ſedulo exequenda, modo iſta chriſtiana ſit & honeſta, æquitati & juſtitiæ conveniens, nec non ritibus ac publicæ conſuetudini conformis.

Lauterb. Diſſ. *de Execut. ult. volunt. Cap.* 7. *n.* 32.

2. inventarium, ſi tale non adſit, ſecundum formam in jure provinciali præſcriptam conficere. 3. officium executoris ſemel ſuſceptum, (ad ſuſcipiendum enim præciſe cogi nequit, perdit tamen, quod intuitu hujus functionis in teſtamento ipſi relictum) diligenter expedire, nec id ipſum deſerere, niſi prægnantibus impedimentis urgeatur (quorum determinatio judici relinquenda) vel teſtator in caſum, quo tergiverſetur executor, alium ad exequendum ordinaverit.

Lauterb. d. Diſſ. *Cap.* 9. *num.* 1. & *ſq.*

4. rationes reddere, ſcil. inventarium exhibere, accepta & expenſa conferre, reſiduum reſtituere, ac damnum dolo, lata vel levi (in

magni

magni momenti executione etiam leviſſima) culpa datum reſarcire.

vid. d. Diſſ. Cap. 9. num. 150. & ſeq.

153. Executio teſtamenti fieri debet regulariter intra annum, niſi aliud tempus teſtator præſcripſerit, ſive brevius, ſive longius, ſi autem ultima voluntas piam cauſam concernit, illa intra 6. menſes impleri debet. §. Und im Fall ꝛc.

Nov. 131. cap. 12.

neque aliud dicendum de Jure Wurtembergico, quamvis enim §. Und im Fall ꝛc. h. t. indefinitè loquatur, ille tamen ſecundum diſpoſitionem juris civilis ad diſpoſitiones privatas reſtringendus eſt.

d. Diſſ. Cap. 9. num. 124. & ſeq.

154. Quando teſtator in caſum negligentiæ de alio executore non proſpexit, executio devolvitur ad legitimum, nimirum in Ducatu Wurtemb. ad præfectum & judices, quibus legitimis executoribus etiam tunc locus eſt, quando teſtamentarii nolunt exequi, vel ante conſummatam executionem moriuntur, vel tanquam ſuſpecti ab officio removentur. §. Da dann ꝛc. §. Im Fall ꝛc.

d. Diſſ. C. 3. num. 7. & Cap. 4. n. 137. 142. ſq.

ſi autem nullus executor à teſtatore conſtitutus ſit, dativo locus eſt, qui à magiſtratu, ratione perſonæ teſtatoris, competentè conſtituitur, quo caſu non opus eſt, ut requirat conſenſum perſonæ conſtituendæ, quia munus executoris in hoc caſu neceſſarium ſit, & muneribus publicis accenſetur.

d. Diſſ. cap. 3. n. 8. cap. 4. n. 55. & cap. 5. n. 12.

ANNO-

ANNOTATIONES
Ad
Partem Quartam
JURIS PROVINCIALIS
WURTEMBERGICI.

De Succeſsionibus ab inteſtato.

I.

Tit. 1. In was Fällen das Erbrecht ſtatt habe.

§. Damit aber ꝛc.

DEficiente ſucceſſione teſtamentaria, vel hodie pactitia, ſucceſſioni legitimæ ſive ab inteſtato locus eſt, quæ κατ' ἐξοχὴν legitima dicitur, eo quod immediate à Lege defertur, ſine facto hominis, ut adeo, qui ſine teſtamento decedit, illos cenſeatur reliquiſſe hæredes, ad quos bona ex lege vel ſtatuto ſunt perventura, nam etiam ſtatutaria ſucceſſio ad legitimam pertinet, & præferenda eſt illi, quam jus commune determinavit; Inteſtati autem dicuntur non modo, qui omnino nullum teſtamentum fecerunt, cum tamen facere potuiſſent, ſed & qui codicillo facto decedunt; vel condito quidem teſtamento, ſed quod ob defectum aliquem non niſi vi clauſulæ codicillaris adjectæ ſuſtinetur; item, ſi teſtamentum non jure factum, reſciſſum, ruptum vel deſtitutum ſit.

Dn. *Stryck Tr. de ſucc. ab inteſt. Diſſ.* 1. *cap.* 1. *§.* 17. *& ſequ.*

Tit. 2. Von Eheleuthen, und wie die *Diſpoſitiones &c.*

2. Quamvis ſocietas bonorum conjugalis ſtatim poſt benedictionem ſacerdotalem, etiam ante ingreſſum thori conjugalis contracta atque inita cenſeatur.

conſ.

conſ. ſupr. not. ad part. 3. tit. 7. §. 37. D. Harppr. Differ. March-Bad. part. 6. th. 7.
ſucceſſio tamen conjugalis ſive ſtatutaria ſive pactitia Jure Wurtembergico locum non habet, niſi noviter deſponſati etiam thalamum conſcenderint, ad quam conſcenſionem thalami tamen copula carnalis non requiritur.

Bardili Diſſ. de Portione ſtatutaria conjugum, th. 25. & 26.

ſponſalia ergo de præſenti non ſufficiunt, licet ſponſus carnaliter ſponſam cognoverit, cum ſola commixtio carnalis non faciat matrimonium, ſed conſenſus publice coram ſacerdote declaratus.

d. Diſſ. th. 28.

ſed quod ab excluſione ſponſi & ſponſæ ad excluſionem etiam liberorum à deſponſatis ante benedictionem ſacerdotalem, nec ex poſt ſubſecutam, procreatorum, à ſucceſſione patris, argumentum invalide ducatur, demonſtrat,

D. Harppr. de Probat. filiationis ex concubitu conſponſornm, ante hierologiam nec ex poſt ſubſecutam, Cap. 2. per tot.

arrham tamen ſponſalitiam, nec non ſponſalitiam largitatem tali in caſu retinet ſuperſtes ſponſus vel ſponſa, cum hæc ex ſingulari amore & affectione, non ſolum in ſignum ſponſalium contractornm, ſed etiam donandi animo hodie data cenſeantur.

Lauterb. Tr. de Arrha, th. 133. & 148. Ejusd. Diſſ. de Donat. propt. nupt. th. 44. Heinr. Abraham Faber, Diſp. de Præcipuo conjugum, §. 27. & 28.

3. Quodſi vero ſponſalia legitime celebrata eſſe conſtet, vel inſuper ſententia judicialis acceſſerit, & altera perſonarum deſponſatarum §. Jedoch ꝛc

rum ea conſummare nolit, atque poſt ternam citationem peremtoriam, annumque & diem effluxum, adhuc tergiverſetur, & interea moriatur contumax, tunc ſecundum tenorem juris provincialis idem eſt, ac ſi conſcenſio thalami facta eſſet, adeoque ſucceſſio innocenti parti hoc in caſu non minus defertur, quam ſi matrimonium legitime conſummatum fuiſſet; ratio eſt; quia, quoties per eum, cujus intereſt conditionem impleri, ſtat, quo minus impleatur, perinde habetur, ac ſi impleta fuiſſet; è contrario autem, ſi innocens in tali caſu præmoriatur, contumacis nulla eſt ſucceſſio, cum indignus ſit legum beneficio, qui contra leges committit.

Bardili Diſſ. *de Succeſſ. Conjugum*, *th.* 18. & 20. *Idem de* Divortio *ex cauſa deſert. th.* 74. 75. *Id. de Portione conjug. ſtat. th.* 28. D. *Harppr. Contin. Differ.* J. *Civ.* & *Wurtemb. th.* 21.

Tit. 3. Von *Obſignationen* und *Inventarien* der Eheleuth ꝛc.

4. Conjuges ſub certa pœna intra tres menſes poſt benedictionem ſacerdotalem inventarium conficere tenentur, quo nempe ſoluto matrimonio, quandoque poſt multos annos ſciatur, quæ hinc inde ab ipſis fuerint illata.

§. Wir ordnen ꝛc.

vid. Beſold ad J. P. W. Diſp. 4. th. 8.

quando vero ad ſecunda vota tranſeunt, tum, quia non ſolum ipſorum conjugum, ſed plerumque etiam liberorum ex priori matrimonio procreatorum intereſſe verſatur, inventarium mox ante benedictionem ſacerdotalem conficiendum, ac bona tum conjugum, tum liberorum, ad evitandam confuſionem ac ſummam incertitudinem, tali repertorio annotanda ſunt,

cui-

cuinam autem omiſſa inventarii confeſtione, ſoluto matrimonio, probatio incumbat,

vid. D. Harppr. Cons. 81. num. 3. & ſequ.

5. Soluto per mortem matrimonio, §. Wir befehlen ꝛc.

conf. Diſſ.Dn.D.*Graffi de Arbitriis famerc.* § 19. *ubi ea, quæ circa obſignationem, inventarii confectionem, & hæreditatis diviſionem obſervanda ſunt, ordine deſcribuntur. add Reſcr. Duc. d. d.* 20. Jul. 1683.

ante omnia obſignatio præcedere debet inventarii confectionem; quæ ipſa inventarii confectio intra ſpatium unius menſis initium capere debet;

vid. Reſcr. Ducale *d. d.* 12. *Febr.* 1661 *item d. d.* 24. *Apr.* 1724.

à qua ipſa inventarii confectione nec Miniſtri Eccleſiæ ſunt exemti.

vid. Cynos. Eccl. Cap. 3. *pag.* 245. §. Weilen auch ꝛc.

quomodo autem ratione Honoratiorum obſignatio fieri, atque inventarium confici debeat,

de eo vid. in ſpecie, Reſcr. Noviſſ. d. d. 11. *Septemb. A.* 1730.

inprimis vero ejusmodi inventarii confectio ac diviſio bonorum non per extraneos Notarios vel alios, ſed per Archigrammateum loci ordinarium inſtituenda eſt in hoc Ducatu,

ſec. Reſcr. d. d. 28. *Febr.* 1716.

inventario autem nominatim ac ſpecifice inſerendæ ſunt omnes res hæreditariæ, tam mobiles, quam immobiles, corporales & incorporales, debita & credita.

Lauterb. Diſp. *de Inventario hæreditatis, th.* 12. 14. & 15. *num.* 10. & *ſequ.*

ac

ac non ſolum defuncti, ſed & ſuperſtitis conjugis bona ſunt annotanda, quia duplex diviſio, altera ſocietatis, altera hæreditatis inſtituitur, mortuo alterutro conjuge.

vid. D. Bardili Diſp. de Succeſſione Conjugum, th. 15. add. d. Reſcr. de A. 1683. §. 3. th. 2.

§. Und ſollen 2c.

6. Conjuges autem bona ſub aſſeveratione, ſtipulata manu, loco jurisjurandi, facienda indicare tenentur, quam ipſam diſpoſitionem praxis ad liberos quoque & alios hæredes extendit; ſi vero præſumtiones adſint, hæredem vel ſuperſtitem conjugem in confectione inventarii aliquid fraudis commiſiſſe, tum etiam juramentum ſolenne adhiberi poteſt.

Beſold ad J. W. Diſp. 4. th. 9. add. Dn. D. Schæpf. Diſſ. de Probatione contra Inventar. §. 13.

cæterum non ſolum parentes liberis ſuis neceſſitatem, à parentibus accepta, mediante tali aſſeveratione, ſuis cohæredibus indicandi, ſed ipſi etiam cohæredes hujusmodi juratam bonorum ſpecificationem ſibi invicem remittere poſſunt.

D. Harppr. Conſ. 85. per tot.

§. Immaſſen 2c.

7. Si aliquid celatum vel omiſſum, tum non ſolum reſtitutio rei omiſſæ facienda, ſed conjux inſuper privatione uſusfructus ſtatutarii punitur, ac pœna arbitraria coërcetur, quod intelligendum, ſi dolo malo, gefährlicher weiß, aliquid, quod hæreditatem auget, fuerit celatum; nam ſi omiſſum aliquid fuerit, quo minuitur hæreditatis quantitas, v. g. æs alienum, hæres nulla afficitur pœna.

Lauterb. d. Diſp. th. 12. in fin.

pariter

pariter ſe res habet, ſi non dolo malo, ſed ex inadvertentia, mœrore, oblivione vel alia cauſa aliquid, quod ad hæreditatem ſpectat, fuerit omiſſum, quo in caſu utiliter adhibetur cautela, quæ extat

in Jure prov. Wurtemb. part 3. tit. 22. §. fin.

quando autem totum inventarium doloſe eſt omiſſum, multo magis pœna hic ſtatuta obtinebit, qui tamen dolus ex apertiſſimis rerum argumentis probandus eſt.

D. Frommann Diſſ. de Adminiſtratione adventitiorum legitima, th. 104. *add.* D. *Harppr. de Uſusfr ſtatut. mat. adjunctis & effectibus lucroſis, §. 6.*

ſi non à ſuperſtite conjuge, ſed ab uno vel altero ex reliquis cohæredibus celatum quid vel ſurreptum fuerit ex communi maſſa, is præter reſtitutionem ac pœnam arbitrariam, parte ſua in illa re celata vel ſurrepta privari nequit, quia jus provinciale hanc privationem nullibi decernit, odioſa autem ſunt reſtringenda, legesque pœnales ſtricte interpretandæ, & citra expreſſam legem jure ſuo privari nemo debet.

conſ. infr. not. ad tit. 11. §. 36. in fin.

in quibus caſibus conjugi ſuperſtiti confectio inventarii remiſſa ſit, de hiſce

vid. Jus prov. h. t. §. Wir wollen aber ꝛc.

8. Confecto inventario ſtatim diviſio hæreditatis inſtituenda, & cuilibet hæredi portio ſua aſſignanda, copia quoque inventarii communicanda, quæ copia eo prodeſſe poteſt, ut ſi in ipſa diviſione inæqualiter ſeu perperam quid factum ſit, illud reformari & ad æqualitatem reduci poſſit. §. Endlich ꝛc.

L. 3. Comm. utr. jud.

nam quod remedium d. L. 3. locum habeat in læſione etiam non enormi, quando ſcil. in ipſo actu diviſionis error computationis vel calculi commiſſus, per exempla & rationes demonſtrat,

Dn. Coccejus in Diſſ. de Remedio L. 3. C. *Commun utr. jud.* Sect. 2. §. 6. 7. & *ſeq. add. Dn.* D. *Schvveder in* Diſſ. *ad d.* L. 3 §. 9. 13. & *ſeq. conſ. ſupr. not. ad* Part. 2. *Tit.* 14. §. 58.

Tit. 4. Von Bezahlung der in währender Ehe gemachten Schulden.

9. Poſt obſignationem & inventarii confectionem æs alienum durante ſocietate conjugali contractum ante omnia deducendum, & ab utroque conjugum æqualiter ſolvendum eſt,

§. Nehmlich ꝛc.

conſ. Reſcr. Gen. d. d. 25. *Nov.* 1709. *it. d. d.* 27. *Febr.* 1717. *add. Dn. D. Graß Diſſ. de Arbitriis familiæ erciſc.* von Theilungen, §. 16.

in cujus computationem non veniunt ſumtus in defuncti conjugis funus facti, qui ex communi bonorum maſſa non ſunt ſolvendi, cum quisque de ſuis propriis bonis ſepeliri debeat.

L. 14. §. 3. *ff. de religios. & ſumt. funer. conſ. Reſcr. Gen. d. d.* 0. Julii, 1683. §. 1.

& ſumtus funeris finita jam per mortem ſocietate conjugali facti ſint; ſumtus tamen in ægri conjugis curationem impenſi, licet ex iſto morbo æger fato concesſerit, huc referendi ſunt.

vid. Dn. D. *Schvvederi Diſſ. de Remedio L.* 3. *C. Commun. utr. jud.* §.

d. §. Nehmlich ꝛc.

10. Dicitur autem æs alienum ſociale, quod contractum eſt ob cauſam ad ſocietatem conjugalem pertinentem, vel ob hujus ſocietatis utilitatem, vel ob onus, quod eidem incumbit, præſtandum ſive avertendum.

§. Da aber ꝛc.

Jus. provinc. h. t. §. da nun ꝛc. *ibi :* gemeiner

Hauß-

Haußhaltung zu Nothdurfft, nutzen und gutem &c.

hüc pertinent veſtimenta, alimenta, medicamenta liberorum & conjugum; ſumtus fructuum, tributa, exactiones bellicæ, ſumtus officii, artificii, domicilii vel hæreditatis transferendæ, &c.

vid. Lauterb. Diſſ. de Ære al. in ſoc. Conj. contr. ſolv. §. 24. & ſq. add. Dn. D. Graſſ Diſſ. de Arbitr. ſam. erc. §. 15.

tale æs alienum ab utroque conjugum, primum ex acquæſtu conjugali, deficiente vero acquæſtu, ex propriis conjugum bonis æqualiter eſt ſolvendum, dimidia pars ex bonis mariti, & altera dimidia ex bonis uxoris; quæ regula ampliatur 1. licet inæqualia ſint ipſorum conjugum patrimonia; 2. licet maritus æs alienum contraxerit ſolus; 3. licet proprio nomine tantum, vel contradicente etiam uxore, in communem ſocietatis conjugalis utilitatem contraxerit, modo limites & terminos præpoſitionis non exceſſerit; 4. licet eventus non reſponderit, & pro ſperato lucro damnum emerſerit, maritus enim ſicuti eſt familiæ ſuæ princeps, ita etiam ſocietatis conjugalis principalis adminiſtrator eſt.

Jus prov. part. 3. tit. 7. § was dann &c. *ibi* als dem die *Adminiſtration* und Verwaltung darinn gebührt.

uxor tamen hiſce caſibus acquæſtui conjugali renunciando liberatur ære alieno à marito ex cauſa ſocietatis contracto.

***Lauterb.** d. Diſſ. de Ære alieno in ſocietate conjug. contracto, ſolvendo, §. 63. num. 3. it. §. 70. & 71. D. Harppr. Tr. de Renunciat. acquæſt. conjug. § 78. & ſq. Jung. Reſp. 67. num. 49. & ſq.*

5. ampliatur, licet maritus æs alienum una cum ſola uxore contraxerit, nullo alio uxoris curatore adhibito.

arg. Jur provinc. part. 2. tit. 29. §. 1.

quo caſu uxor conſentiens non juvatur beneficio novæ conſtitutionis, nec renunciando acquæſtui conjugali liberatur.

Lauterb. *d. Diſſ.* §. 57. & 58. D. *Hurppr. Conſult. 69. num. 208. & ſequ.*

6. licet ſola uxor contraxit æs alienum ſociale, tamen etiam hoc ab utroque conjugum æqualiter eſt ſolvendum, cum uxori quoque adminiſtratio œconomica, maxime rerum ad victum & amictum pertinentium, ad familiam alendam & ſuſtentandam conceſſa & demandata ſit.

Lauterb. d. Diſſ. th. 74. Id. in Diſp. de ſociet. bon. conjug. cap. 5. §. 9.

d §. Rechtlich 2c. 11. Si propria conjugum bona in ſocietatem conjugalem illata ad æs alienum ſociale extinguendum non ſufficiunt, ipſi tamen alia adhuc habeant bona, quæ in hanc ſocietatem non intulerunt, tum debita ſocialia etiam ex bonis non ſocialibus, in ſubſidium exolvenda ſunt.

Lauterb. d. Diſſ. §. 52.

ſi nullus adſit acquæſtus conjugalis, & unus ex conjugibus, v. g. maritus, nulla plane, vel non ſufficientia habeat bona, ad ſuam æris alieni partem exolvendam, tum uxor ſufficientia poſſidens bona totum æs alienum exolvere non tenetur.

d. Diſſ. §. 55.

ſi uterque conjux in ſolidum ſe obligaverit, quær? an uxor ſe defendere poſſit beneficio novæ

novæ conſtitutionis? diſtinguendum, an ex aliqua rei familiaris neceſſitate ſeſe in ſolidum cum marito obligaverit, ita, ut ſi illud non feciſſet, majus damnum paſſura fuiſſet, an vero hujusmodi cauſa non adfuerit, poſteriori caſu juvatur hoc beneficio, non vero priori.

d. Diſſ. §. 56.

ſi vero æs alienum in ſocietate conjugali contractum non ſit ſociale, videndum, an in cauſam & utilitatem Viri tantum, an vero uxoris tantum ſit contractum; priori caſu, v. g. ſi maritus & uxor conſtante matrimonio mutuam acceperint pecuniam, ad æs alienum mariti in matrimonium illatum ſolvendum, vel ſimpliciter, vel in ſolidum ſe obligarunt, ſolus maritus inde obligatur, uxoris vero obligatio eſt ipſo jure nulla, quia uxor hoc in caſu revera pro marito interceſſit, contra novam conſtitutionem Auth. ſi qua mulier. C. de Sčto Vellej.

vid. Jus prov. Wurtemb. part. 2. tit. 29. pr. ibique ſupra notata.

poſteriori vero caſu, ſi in rem & utilitatem uxoris uterque ſe obligaverit, valet etiam mariti obligatio, quippe qui pro uxore & ejus proprio debito ſeſe obligare non prohibetur.

Lauterb. d. Diſſ. de Ære alieno in Soc. conj. contr. ſolv. §. 59. & 60.

12. Quando æs alienum ob cauſam, quæ ad ſocietatem non ſpectat, contractum eſt, v. g. ſi maritus id conviviis, ſplendido veſtitu, multa prædiorum emtione, alea, Baccho, Venere, diſſipavit, aliisque prodigalitatis ſpeciebus contraxit, illud tanquam propria cul- §. Wann aber ꝛc.

pa confectum debitum propria etiam mariti bona imminuit vel extinguit, nec uxor inde obligatur, nec partem illius debiti ferre tenetur, niſi prodigalitatis & luxus ſocia fuerit; idem dicendum, ſi v. g. maritus plane inſolitam, periculoſam, & conditioni & profeſſioni ſuæ non convenientem, atque omnium ſaniorum judicio damnoſam ſuſceperit negotiationem, vel fundum emerit manifeſto oneroſum, contra uxoris & amicorum conſilium & dehortationem; item ſi ad proprium æs alienum ſolvendum, ad proprias ædes ruinoſas reficiendas, ad proprios liberos prioris matrimonii dotandos & elocandos, atque ob ſimiles cauſas ſocietatem non reſpicientes, æs alienum conſtante matrimonio contraxit, hoc enim omne tanquam non ſociale, non ex ſocietate & utriusque conjugis, ſed propriis mariti bonis eſt ſolvendum; multo minus pœna, quæ ob delictum marito, vel viceverſa uxori infligitur, ad debita communia referri debet, ſed pœna ſolvenda ex bonis delinquentis propriis; quidſi vero maritus in communem ſocietatis cauſam, v. g. ad pretium fundi emti ſolvendum, pecuniam mutuam accepiſſet, illam vero ludendo, helluando &c. perdidiſſet, etiam hoc caſu ipſe maritus de ſuo illud præſtare tenetur, ſi ſcil. inter maritum & uxorem, vel illorum hæredes cauſa vertitur; aliud enim dicendum, ſi creditores agant, niſi & hi ſciverint, maritum pecuniam male conſumturum.

Lauterb. de Ære al. in S. C. *contr. ſolv.* §. 65. *& ſequ. Id. in Diſp. de Societ bon. conj c.* 5. §. 10.

§. 10. & 11. D. *Harppr. Conſult. 69 n. 218. & ſq. it. in Conſult. 70. num. 50. cum ſqq. num. 315. Henr. Abr. Faber, de Præcipuo Conjugum, §. 47. & 48. Dn. D. Schæpf. Decis. 286. num. 4. & ſqq.*

13. Jure civili, uti nulla eſt inter conjuges bonorum ſocietas, ita etiam nullum alterutri conjugum, ſoluto matrimonio, præcipuum competere poteſt, ceſſante enim hac ſocietate bonorum, omnis etiam perceptio præcipui ante illius diviſionem ceſſare debet; Jure vero Wurtembergico conjugibus, inter quos, matrimonio ſimpliciter contracto, ſocietas bonorum conjugalis ſtatim poſt benedictionem ſacerdotalem tacite inita cenſetur, facultas competit, bona quædam jure præcipui vindicandi, idque vel vi Juris provincialis, vel vi dominii antea competentis; vi juris provincialis maritus & uxor, poſito certo mortalitatis eventu, ex illis bonis, quæ conſtante matrimonio communia quidem ſunt, & ad conjugalem acquæſtum referuntur, modo præcipiunt quædam, modo æqualiter inter ſe dividunt; ſic bibliotheca mariti literati, arma militis, inſtrumenta opificis, in communem familiæ utilitatem, licet maritus iisdem, tanquam artis & opificii aut profeſſionis ſuæ neceſſariis inſtrumentis ſolus utatur, comparata cenſentur, & hinc præmoriente marito talia bona jure ſocietatis inter ſuperſtitem uxorem & mariti hæredes dividuntur; præmortua vero uxore hæc ipſa præcipuo mariti cedunt. Ita veſtes, annuli, atque alia mulieris ornamenta, conſtante conjugio, acquiſita, præ- §. Wann nun ꝛc.

moriente uxore, inter ſuperſtitem maritum & uxoris hæredes partienda ſunt, marito vero prædefuncto uxor illa ſibi præcipui loco retinet. Vi dominii autem antea competentis præcipua intelliguntur ea, quæ conjuges titulo hæreditatis, legati, donationis, aut aliunde, non reſpectu initæ communionis acquiſiverunt, horum enim dominium penes afferentem remanet, licet fructus communicentur.

vid. Jus prov. part. 3. tit. 7. §. Wann Eheleuthe ꝛc. & *part 4. tit. 4.* § Wann nun ꝛc. *Heinr. Abr. Faber, Diſſ. de Præcipuo Conjugum* §. 7. *it.* §. 18. & *ſequ.*

d. §. Wann nun ꝛc. 14. Si alteruter conjux ſtatim poſt benedictionem ſacerdotalem, adhuc ante ingreſſum thori conjugalis moriatur, hoc in caſu, cum ſocietas bonorum inter Neogamos expreſſe vel tacite inita ſtatim poſt benedictionem ſacerdotalem contracta cenſeatur,

vid. ſupr. notata ad Tit. 2. §. 2.

quin ratione ſuperſtitis etiam deductio præcipui in bonorum ſocialium diviſione, excluſa licet inter hos conjuges ſucceſſione hæreditaria, locum obtineat, dubium non eſt.

d. Diſſ. §. 12. *in fin.* D. *Harppr. Tr. de Jure Aurigarum circa Succeſſ. th.* 11.

quidſi vero maritus, qui v. g. bibliothecam 200. thlr. attulit, libros ſuos ſub præcipuo receperit, an eorundem æſtimationem etiam ſub allatis petere queat? minime, ſed deducta librorum æſtimatione ſaltem reliquorum allatorum ratio habenda eſt.

Dn. D. Schvveder Diſſ. de Remedio L. 3. C. *Commun. utr. jud.* §. 29.

15. Ad

15. Ad præcipuum ergo mariti pertinent *d. § Wann nun* ꝛc.
1. ejus veſtimenta, clinodia, & reliqua ad amictum ipſius ſpectantia, quæ tempore mcrtis uxoris jamjam adfuere, ex his vero, quæ poſt mortem conjugis, ex nondum diviſa bonorum maſſa, vel cum uxor adhuc in vivis quidem eſſet, ſed jam graviter aut plane lethaliter decumberet, in proprium viri commodum ſunt comparata, maritus præcipuum non conſequitur, quod rationibus & exemplis illuſtrat,

D. Harppr. de Jure Aurig. circa Succeſſ. th. 6.

porro 2. pro ratione perſonæ huc referuntur, bibliotheca mariti literati, arma militis, quamvis arma Jure Wurtemb. ad cujusvis civis conditionem pertineant,

ſec. Ord. Prov. tit. 110. §. 10. ſq.

inſtrumenta opificis, ſemper enim hic reſpiciendum ad ſtatum perſonarum, earumque conditionem, qualitatem ac profeſſionem, ſecundum quam præcipuum diverſimode determinandum

vid. D. Harppr. Diſſer. Marcb-Bad. part. 6. th. 15.

quid autem habendum ſit de eo, qui duplicem artem didicit & exercuit, an utriusque inſtrumenta præcipiat? & hoc affirm. modo ne ſibi ſuisque magis obſit ea re, quam proſit maritus, nec prægravetur nimis hoc mariti favore communis hæreditas.

vid. Dn. D. Graß, Diſſ. de Arbitr. fam. erc. §. 11.

item 3. ſi maritus fuerit auriga, præcipuum ejus conſiſtit in equis, bobus, curru vel carro, una cum pertinentiis, eſt vero præcipuum hoc non præciſe ad ſolos aurigas reſtringendum,

ſed etiam ad ruricolas, molitores & alios, quibus non minus jumentorum & vehiculi neceſſarius eſt uſus, porrigendum, ex rationibus, quas adducit

D. Harppr. in d. Tr. de Jure aurig. circa Succ. th. 13.

quidſi vero mulier ad virum attulerit equos, an nihilominus maritus ſuperſtes ex his equis unum vel plures præcipui loco petere poſſit? affirm.

Beſold, ad J. P. W. Diſſ. 4. th. 16.

ita tamen, ut eorum pretium tanquam commune debitum vel ex acquæſtu, vel hoc deficiente ex utriusque conjugum bonis ſolvendum ſit; id quod etiam de aliis caſibus, v. g. bibliotheca ad uſum mariti literati conſtante matrimonio emta, cujus pretium adhuc debetur, item de ornamentis muliebribus conſtante matrimonio emtis ac nondum ſolutis, ſimiliter pronunciandum; nam ad hoc, ut debitum dicatur ſociale, & proinde utrique conjugum pro parte dimidia ſolvendum incumbat, non opus eſt, ut res pro pecunia debita comparata ad uſum utriusque communem inſerviat, ſed ſufficit, ut res, ex cauſa talis debiti ab utroque vel alterutro conjuge contracti, comparata vel emta, in communem familiæ & ſocietatis utilitatem tendat, & poſito certo mortalitatis eventu ad acquæſtum pertineat.

Lauterb. Diſſ. *de Ære al. in* S. C. *contr.* §. 19. & 20. *H. A. Faber de* Præcipuo *Conjugum*, §. 45. & 46.

hinc etiamſi debita ſocialia non ſaltem omnem conjugalem acquæſtum, ſed & partem bonorum à quolibet conjuge illatorum abſorbeat,

beat, ſtatutarium hoc præcipuum ſuperſtiti conjugi nihilominus debetur.

arg. §. Nehmlich &c. junct. §. Wann nun die Schulden &c. b. t. D. Harppr. Tr. de Jure aurig. circ. ſucc §. 8. & ſq.

quidſi Dominus Territorialis, cui jus mortuarium debetur, der das beſte Stuck Vieh zu Haupt-Recht nimmt, & maritus ruricola ratione præcipui ſibi competentis, in eligendis jumentis concurrant? electionem ſorti committendam ſtatuit,

D. Harppr. d. Tr. §. 12.

denique 4. ad præcipuum mariti ſpectant ea, quæ titulo dotis vel donationis propter nuptias, vel alia ratione in ſocietatem conjugalem ab ipſo illata; item, quæ conſtante matrimonio, jure hæreditatis, legati, fideicommiſſi, ipſi acquiſita ſunt; nam ſicuti jure communi, ita etiam in hoc Ducatu Wurtemb. in ſocietate conjugali ipſa bona à conjugibus illata & illorum dominia non communicantur, ſed ſinguli etiam conſtante matrimonio ſunt & manent illorum domini.

vid. Lauterb. Diſp. de Periculo rerum in ſociet. conjug. illatar. §. 49.

quid habendum ſit de re emta alterius pecunia illata, vel ex rerum ipſius venditione redacta, an etiam hæc præcipui loco cedat? Affirm. defenditur,

in d. Diſſ. de Arbitr. fam. erc. §. 12.

ex ratione, quod pecuniæ paratæ proprietas in hac ſocietate conjug. non communicetur, nec res eadem emta communis fiat, ſed ſaltem lucrum ex emtione reque emta commune ſit; quamvis cautius proteſtatio addatur,

vel

vel pactum, idem dicendum de re alterius conjugis transactione obtenta.

d. §. 12.

§. Alſo auch ꝛc. 15. Præcipuo uxoris cedunt 1. veſtes, clinodia, annuli aliaque ornamenta muliebria, **was zu ihrem Leib gehörig** ꝛc. ſive titulo lucrativo ſive oneroſo ſint acquiſita; ſive item ad uſum quotidianum deſtinata, ſive magis pretioſa ſint, quæ ſolis fere feſtivis diebus ornatui & ſplendori uxoris inſerviunt; neque aliud dicendum, ſi pretium pro talibus ad ornamenta uxoris paratis adhuc deberetur, quod ſcil. ipſa hoc quoque in caſu illa habeat præcipua.

Lauterb. Diſp. *de Ære alieno in ſoc. conj. contracto ſolv.* Cap. 3. 20. D. *Harppr. Diſſer. March Bad. part. 6. th.* 11.

pretium quoque v. g annuli vel aureæ catenæ à marito promiſſæ præcipui loco deducere poterit conjux, modo hæc promiſſio non ſit profuſa & ab uxore vere probata.

H. A. Faber, de Præcipuo Conjugum, §. 40.

dein 2. ad præcipuum uxoris pertinent non ſolum bona ejus dotalia, paraphernalia & receptitia, ſed etiam bona hæreditaria, conſtante matrimonio illi à quocunque ſive extraneo ſive conſanguineo delata, legata item & fideicommiſſa; ejusmodi enim lucra hæreditaria acquæſtui non accenſentur, nec ea bona, quæ à parentibus in anticipationem mortis & ſucceſſionis alteruter conjugum accepit; dona quoque ſimplicia ſtatim acquiruntur conjugi donatario vel donatariæ, & ad præcipuum ejus pertinent, ſive ſint immobilia ſive mobilia

bilia, quippe quæ nullam habent cauſam acquæſtus conjugalis, ſed ex ſolo donatoris liberali animo profecta ſunt, niſi unius vel alterius conjugis contemplatione donatio facta fuerit, tunc enim ei acquiritur donatum, cujus intuitu donum datum eſt, dona vero remuneratoria donatarii præcipuo cedere nequeunt, ſed cum ad titulum & cauſam pertineant onerosam, inter maritum & uxorem fiunt communia.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 4. th 18. & 57. H. A. Faber de Præcip. Conjug. §. 3. & ſq. add. Lauterb. de Soc. bon. conj. cap. 4 § 21.

porro 3. Morgengabam marito prædefuncto uxor præcipui loco retinet, & tanquam propriam ſibi deducit, etſi à marito tantum ejus promiſſio facta ſit; non eſt enim ſimplex aliqua donatio, ſed fit ob cauſam & honoris gratia, qualis inter conjuges non eſt prohibita.

L. 41. & 42. ff. de Donat. int. vir. & uxor. Faber d. Diſp. §. 29.

item 4. quæ à marito conſtante matrimonio uxori donata ſunt, hujus præcipuo cedunt, licet non exigui pretii ſit talis donatio, modo vere probata, & ante obitum mariti ab eo non revocata ſit; animus autem revocandi non præſumitur, quando res uxori donata ob communem familiæ neceſſitatem iterum fuit alienata, niſi is à cæteris hæredibus expreſſe probetur.

arg. L. 11. §. 12. ff. de leg. 3.

ne tamen ſecunda conjux contra diſpoſitionem L. Hac Edictali. 6. C. de ſecund. Nupt. hac ratione plus conſequatur, quam unus ex liberis prioris matrimonii, proin dicendum, §. Alſo auch ꝛc. h. t. ratione eorum, quæ à con-

conjuge conjugi donata ſunt, vel ad caſum reſtringendum eſſe, ſi uxor donataria ſit prima conjux, vel ſecunda quidem uxor, ſed ubi maritus ex prioribus nuptiis liberos non reliquit, vel reliquit quidem, ſed etiam ipſis æqualem portionem donavit, prælegavit aut alio modo dedit, ita ut liberi prioris matrimonii & noverca partes habeant æquales, & vidua non plus à marito conſequatur, quam unus ex liberis prioris conjugii, cui minus relictum ſit, ſecundum L. Hac Edictali.

D. Bardili de Portione Statut. conjug. th. 37. D. Harppr. de Renunciat. acquæſt. conjug. §. 31. Id. in Conſ. 35. per tot. add. Reſp. 67.

permiſſum vero eſt vi Reſcripti Ducalis, d. d. 20. Julii 1683. binubis parentibus, ut præcipuum relinquant liberis ſecundi matrimonii, cum & ipſa Lex, Hac Edict. horum liberorum nullam mentionem faciat, & communior Dd. ſententia eos ſub iſta ſanctione comprehenſos eſſe nolit, modo reliqui ſalvam habeant legitimam, nec fraus fiat Legi per ejusmodi perſonas ſubdole interpoſitas.

D. Harppr. de Conſ. 35. num. 64. & ſequ. Dn. D. Graß Differ. J. Civ. & Wurtemb. th. ult.

in determinanda autem hac quæſtione, an contra L. Hac Edictali &c. peccatum ſit in Ducatu Wurtemb. ſemper reſpiciendum eſt ad portionem conjugum ſtatutariam, ita ut vitrico vel novercæ plus relinqui nequeat, quam ab inteſtato alias accepiſſet; hinc ſi noverca plus quidem accipiat, quam unus ex liberis prioris matrimonii, ita tamen, ut eo ipſo non niſi portionem ſtatutariam ſalvam habeat, valida pronunciatur hæc diſpoſitio,

in d. Reſcr. Gen. de A. 1683. pto. 2do. pag. 2. vid.

vid. D. Harppr. d. Conſ.35. num. 163. & ſequ. Dn. *D. Schœpff Diſſer. J. Civ. & W. th.9.*

16. Societati bonorum conjugali, ſecundum Jus prov. Wurtemb. imputantur ea quoque impendia, quæ in alterius conjugis vel liberorum morbum, aut aliam utilitatem collata ſunt, dotes quoque ac donationes propter nuptias, itemque ſumtus ſtudiorum in liberos collati ex bonis conjugum communibus fieri debent, communibusque oneribus annumerantur, quæ omnia ſecus ſe habent, ſecundum diſpoſitionem juris civilis, in ſocietate bonorum ſimplici quæſtuaria. §. Da nun ꝛc. §. Alſo und ꝛc.

vid. L. 52. §. 15. L. 60. *ff. pro ſoc. Lauterb. Diſp. de ſociet. bon. conjug. Cap. 5. §. 7.*

17. Quod in rebus in ſocietatem conjugalem illatis, alterius conjugis, mariti vel uxoris, culpa contingit, ad eum ſolum pertinet, cujus culpa illud accidit, ita ut ſi res illius propria culpa perierint, conjux illarum nomine ex acquæſtu nihil referre poſſit. *d.* §. Da nun ꝛc. §. Alſo ꝛc.

L. 59. §. 1. *ff. pro ſoc.*

& quamvis §. Doch ſo ꝛc. h. t. loquatur de bonis alterius conjugis propriis, quod de illis maritus vel uxor pro rebus ſua culpa perditis nihil recuperare valeat, idem tamen dicendum eſt de rebus conjugalibus & acquæſtu conjugali, quod nimirum nec ex hiſce pro illis aliquid recipere poſſit, qui ſua bona propria amiſit culpa.

vid. §. Da nun des Manns ꝛc. & §. Alſo ꝛc. *h. t.*

ubi

ubi ea demum allata ex acquæſtu deducuntur, & recipiuntur, quæ in communem familiæ uſum & neceſſitatem ſunt conſumta.

Lauterb. Diſp. de Periculo rerum in ſociet. conjug. illat. §. 27.

§. Doch ſo ꝛc. 18. Cum in ſocietate conjugali ipſa bona à conjugibus illata, & illorum dominia non communicentur, ſed ſinguli etiam conſtante matrimonio ſint & maneant illorum domini,

conſ. ſupr. not. th. 14. in fin. h. t.

res autem pereat ſuo domino,

L. 9. C. de pignorat. act.

ideo, ſicuti fundo à marito vel uxore allato ſi quid per alluvionem acceſſerit, vel pretium ejus creverit, totum illud lucrum ſoli ejus domino cedit, ita damnum quoque caſuale ad illum pertinet.

Lauterb. d. Diſp. §. 49.

& hoc procedit, licet res immobiles à conjugibus illatæ, vel ab initio, vel poſtea certo pretio ſint æſtimatæ, niſi æſtimatio facta ſit venditionis gratia; quamvis in hoc Ducatu res illatæ, etiam dotales, in dubio taxationis gratia æſtimatæ cenſeantur, cum confectio inventarii præciſe requiratur, & iſtæ res in ſpecie reſtitui jubeantur.

ſec. L. P. p. 4. Tit. 3. §. Wir ordnen ꝛc. & Tit. 4. § Alſo auch ꝛc.

idem dicendum de rebus mobilibus, ſi ſint ſpecies; niſi ſocietatis cauſa perierint, vel deteriores factæ fuerint; idemqne obtinet etiam in rebus fungibilibus, quamdiu alterius conjugis ſunt propriæ, nec illorum voluntate permiſtæ.

d. Diſp. §. 54. & ſq. it. §. 61.

ſi

ſi ædes alterutrius conjugis propriæ ſumtibus communibus accuratius extructæ, vel pretioſiores redditæ ſint, augmentum quidem ipſum ad eum pertinet, ad quem etiam ædes, ſed tamen alteri ſocio pars æſtimationis illius augmenti reſtitui debet.

Lauterb. de Societ. bon. conjug. Cap. 4. §. 18.

19. Conſequitur ſuperſtes conjux dimidiam partem acquiſitorum non jure ſucceſſionis, ſed jure ſocietatis, quam non à defuncto conjuge accipit, ſed proprio jure habere dicitur. *Tit. 5.* Wie ein Ehegemächt, ſo keine Kinder hinterlaſſen, zu erben, ꝛc. §. Und dann ꝛc.

in §. Und dann ꝛc. *h. t D. Bardili de Porſ. ſtatut. conjug. th. 37. in fin. add. Lauterb. de ſociet. Bon. Conjug. Cap. 5. §. 12. & 13. ſupr. not. ad. part. 3. tit. 7. §. 38.*

uno enim conjugum mortuo duæ diviſiones veniunt inſtituendæ, prima bonorum ſocietatis, quæ Jure Wurtemb. eſt inter conjuges; ſecunda hæreditatis defuncti conjugis, inter ejus hæredes, illa præcedit, & eſt hujus quaſi præparatoria, nam ut defuncti hæreditas dividi poſſit, neceſſe eſt, ut prius conſtet, quæ ad illam pertineant, eapropter ſeparanda & dividenda ſunt bona conjugum communia, inter ſocium ſuperſtitem & defuncti hæredes, qui defuncti ſocii perſonam repræſentant, ſecundum ſocietatis naturam; quo facto ſequitur altera, defuncti ſcil. hæreditatis diviſio inter ejusdem hæredes pro portionibus hæreditariis.

vid. Reſcr. Gen. de A. 1683. §. 3. n. 2. Lauterb. Diſp. de Dotis collat. part. 2. Reſolut. 1. num. 13. & ſeqq. Bardili de ſucc. Conjug. th. 15. add. Dn. Bœhmeri Diſſert. de Æris al. int. Conjuges Hamb. Commun. §. 17.

§. Da aber ꝛc. 20. Uſufructu finito fructus naturales adhuc pendentes, licet maturi ſint, ad proprietarium pertinent, quia pars ſoli ſunt, & ſolo cohærent, ut tamen culturæ impenſæ, quas fecit fructuarius, ejus hæredibus reſtituantur.

§ 36. J. de rer. div. L. *13. ff. de Uſufr.*

civiles autem dividuntur pro rata inter proprietarium & uſufructuarii hæredes, ſi ſcil. res uſufructuaria talis ſit, quæ ſingulis diebus fructum ferat, v. g. ſi penſio debeatur ex ædibus, uſuræ ex ſorte ſive capitali, idem eſt in annuis reditibus.

L. *26.* L. *58. ff. de Uſufr.*

ſi vero fructus ſemel colliguntur per annum, v. g. in fundo ab uſufructuario alteri locato, hic quando conductor fructus collegit, ſed penſionem nondum ſolvit, penſio tota uſufructuarii eſt, licet dies penſionis exolvendæ nondum venerit, quia ipſe fructuarius fructus percepiſſe videtur: ſi vero conductor fructùs tali in caſu nondum collegerit, finito uſufructu ii una cum fundo ſpectant ad proprietarium, refuſis tamen impenſis.

Vinnius ad §. 36. J. de rer. divis. Brunnem. ad L. 5. C. de Uſufr. Bardili Diſſ. de Nuda propriet. th. ult. add. D. Harppr. Tr. de Uſufr. mat. impedim. §. 41. & 42.

§. Es ſoll auch ꝛc. 21. Conjux uſufructuarius omnia ſuis ſumtibus ſarta tecta ſervare, ædesque reficere tenetur, quod intelligendum de impenſis modicis; magnos enim ſumtus ſi fecerit, eos repoſcere poteſt.

L. *7. §. 2 ff. & L. 7. C. de Uſufr.*

omneque id facere, quod diligens paterfamilias in re ſua facit.

L. 1.

L. 1. & 2. ff. Uſufr. quem. cav. L. 7. §. *fin.* L. 9. *pr. ff. de Uſufr. L.* 65. *pr. eod.* Lau*terb.* Diſſ. *de Uſufr. paterno, th.* 31. *& ſeq.*

formam tamen rei immutare non poteſt, adeoque nec ſylvam extirpare & vineam plantare, nec ex vinea pratum, vel ex ſylva hortum facere.

Plebſt ad J. P. *W.* Diſſ. 4. *th.* 36.

onera autem realia & mixta, tributa, vectigalia, ſtipendia, collectas, canones, aliasque præſtationes ſufferre debet & exolvere fructuarius, ſunt enim hæc onera fructuum, quando fructus, uti hic, percipiuntur vi juris in re.

L. 7. §. 2. L. 27. §. 3. L. 52. *ff. de Uſufructu.* L. 7. *ff. de public. & vectig.* L. 13. *ff. de impens. in rem dot. fact.*

niſi talia onera fuerint immodica, ipſosque fructus exſuperantia, quo caſu proprietatis dominus ea refundere cogitur uſufructuario.

Bardili Diſſ. de Nuda propriet. th. 37.

denique inventarium conficere debet & cavere uſufructuarius, quæ cautio à teſtatore remitti nequit.

vid. Plebſt d. Diſſ. 4. *th.* 27. *add. infr. notat. ad Tit.* 10. §. 31.

ſi tamen conjux ſine liberis decedens conjugem in plena proprietate hæredem inſtituat, & in diem mortis fideicommiſſo univerſali gravet, quod tum cautio & inventarii confectio remitti poſſit, pluribus adſtruit,

D. *Harppr. Reſp.* 18. *num.* 64. *&* 65.

22. Bona mobilia ad uſumfructum ſuperſtitis conjugis ſpectantia, pretio nec nimis magno, nec nimis modico æſtimanda ſunt; quamvis autem veſtimenta, jumenta & omnis §. Aber die Hinterfällige ꝛc.

 generis

generis ſuppellectilia in §.vo Aber die hinderfällige ꝛc. h. t. cum pecunia numerata, frumento, vino & ſimilibus uſu conſumibilibus rebus, quoad æſtimationem ejusque effectum exæquata videantur, in verbis: Als Paarſchafft, Wein, Frucht, Kleider, Vieh, allerhand Fahrnuß und dergleichen. Dubium tamen non eſt, quin ex veriſimili Legislatoris mente, inter illas res, quæ per uſum longiorem ſolummodo atteruntur, welche durch den Gebrauch täglich vernoſſen, geſchwächt und letzlich gar verzehret werden, prout loquitur d. §. us, & illas contra, quæ ipſo uſu illico conſumuntur, diſtingui oporteat, illarum enim, cum verus earundem ſit uſufructus, æſtimatio non venditionis, ſed taxationis ſolum cauſa fieri intelligitur, per d. §. Aber die ꝛc. ubi dicitur: daß ſolche Sachen auf ein leidenliches Geld angeſchlagen, und ſolcher Abgang alsdann erſtattet werden ſolle; inde cum proprietarii ſuarum rerum dominium retineant, omne periculum tum deteriorationis tum interitus, niſi fructuarii culpa præceſſerit, ad proprietarios pertinet.

arg. L. 9. C. *de pignorat. act.*

quoad res vero ipſo uſu conſumtibiles ita juris eſt, ut, ſive inventario æſtimatæ inſerantur ſive inæſtimatæ, illarum dominium in uſufructuarium tranſeat, eo quod harum rerum non alius ſit uſus, quam in ipſa illarum conſumtione conſiſtens.

L. 1. §. 1. *ff. de Uſufr. ear. rer.*

per conſequens, utro modo hujusmodi res uſufructua-

fructuario fuerint traditæ, commodum illarum, ſi majoris vendantur, vel quovis modo, ſive per uſum, ſive per culpam uſufructuarii, ſive caſu fortuito deteriorentur, vel omnimodo intereant, ad ipſum ceu non ſolum uſufructuarium, ſed & proprietarium hujusmodi rerum ſolitarie pertineat, etiam Jure Wurtemb.

arg. d. L. 9. C. de pign. act. L. 11. *C. de reb. cred.* D. *Harppr. de Uſusfr. mat. adj. & effect. lucr.* §. 5. 9. & *ſq.*

23. Cæterum uſufructuarii arbitrio relictum eſt, utrum res mobiles, cujuscunque ſint generis, etiam non conſumtibiles, proprietariis ſtatim tradere, & pecunia exinde bona fide redacta pro ſuo lubitu uti velit, modo quoad res tales non fungibiles ſive ipſo uſu non conſumtibiles venditio ſtatim fiat. §. Dem überbliebenen ꝛc.

arg. voc. Alſobald ꝛc. §. *ult. h. t. D. Harppr. d. Tr.* §. 5.

qua venditione electa uſufructuarius non amplius ad pretium inventario inſertum, ſed ex rebus redactum, proprietariis reddendum tenetur.

Beſold ad J. P. *W.* Diſp. 4. *th.* 43.

proprietario vero poſt talium rerum venditionem ſibi denunciatam, intra dies 14, pro pretio inter emtorem & venditorem convento, eas retrahendi facultas competit.

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 4. *th.* 30.

ſi quædam ſaltem vendere, quædam vero retinere velit ex bonis ejusmodi mobilibus, id quidem fructuario integrum eſt, modo ne ſolas res viliori pretio æſtimatas retinere, & alias contra proprietariis obtrudere cupiat, tum enim jure deſideraturus eſſet proprietari-

us, ut aut omnibus cedat, aut omnia retineat ſecundum æſtimationem inventario inſertam.

arg. L 34. §. 1. *ff. de Ædil. Ed.* L. 47. §. 1. *ff. de minor.* L. 46. *pr. ff. de ſolut.* D. *Harppr. d. Tr.* §. 16.

Tit. 6. Wie Eheleuth zu erben, ſo nicht Kinder erzeugt ꝛc.

24. Uſusfructus paternus vel maternus, tanq. jus perſonaliſſimum, oſſibus perſonæ fructuariæ inhærens, cum patre vel matre moriente expirat, dies ſiquidem mortis id tempus eſt, quo à perſona uſusfructus diſcedere incipit.

§. Was dann ꝛc.

L. 9. *ff. de Uſufr. leg.* L. 51. *ff. de Uſufr.*

§. Immaſſen ꝛc.

atque hoc caſu uſusfructus cum proprietate conſolidatur, exindeque plenam proprietatem incipiunt habere liberi. Vitricus enim & noverca uſufructu in bonis privignorum minime gaudent, quamvis enim etiam tales perſonæ appellatione parentum veniant, iisque reverentia paternæ & maternæ analoga debeatur, quia tamen vere parentes non ſunt, & quoties Lex parentes appellat, ſive patrem aut matrem, de illis non ſentit, idcirco de iſto legali & ſtatutario uſufructu nullo modo participant.

Bardili de Port. ſtatut. conjug. th. 36.

idem dicendum, licet inter parentes ſecundas nuptias contrahentes unio prolium fuerit inita, nam nec hoc in caſu, quando pater vel mater deceſſit, vitricus vel noverca in partibus hæreditariis legitimorum, ſive per unionem effectorum liberorum uſumfructum ſibi vindicare poſſunt.

D. *Harppr. Tr. de Uſufr. ſtatut. materno quà conſtituendo*, §. 19.

25. Jure communi pater, qui non amplius in poteſtate habet liberos, & mater, jus uſusfructus in bonis liberorum non conſequuntur. Tit. 7. Wie ein Ehegemächt zu erben, ſo allein in letzter Ehe Kinder ꝛc. §. Und dann ꝛc.

Nov. 118. cap. 1.

quid ſecundum Jus Vetus Germanicum hic ſtatuendum ſit.

vid. Dn. Bœhmeri Diſſert. de Æris alieni inter Conjuges Hamburg. Communione, §. 17. & ſq.

Jure vero Wurt. non attento patriæ poteſtatis vinculo, tam pater quam mater ſuperſtes in iis bonis quæ liberis ab inteſtato matri vel patri prædefuncto ſuccedentibus obveniunt, uſumfructum ad dies vitæ conſequuntur; ratio additur in §. Und dann ꝛc. tit. 8. ibi: gegen gebührlicher Zucht und Unterhaltung ꝛc. ut adeo fundamentum hujus uſusfructus non ſit patria poteſtas, ſed potius onus educationis & alimentationis. An vero à tali uſufructu paterno vel materno legitima liberorum ſubducenda, eisque ſine onere & gravamine hujusm. uſusfructus libera ſit relinquenda, diſquirit, & ex adductis pluribus rationibus negative decidit,

D. *Harppr. d. Tr. de Uſufr. mat. qua conſtituendo*, §. 27.

quidſi vero liberi alibi degant, & alimenta ſua aliunde habeant, tamen exinde tuto non colligitur, ceſſante ita alimentatione, ceſſare etiam uſumfructum & adminiſtrationem parentum, quamvis enim in Jure provinc. part. 4. tit. 12. §. 1. dicatur: Daß das überlebende Ehegemächt der minderjährigen unverheyratheten Kinder Guth gegen gebührlicher Zucht und Unterhaltung zu nieſſen habe; in tit. tit. 8. §. Was dann ꝛc. & tit. 9. §. Was

aber ꝛc. & §. So etwa, hæc poteſtas ſimpliciter & indiſtincte conceſſa legitur.

D. Frommann de Adminiſtrat. adventit. legit. th. 40.

Tit. 8. Wie Eheleuth zu erben, ſo Kinder miteinander erzeugt, und aus voriger Ehe ꝛc.

§. Was dann ꝛc.

26. Uſusfructus paternus vel maternus conceſſus intelligitur ſalva rei ſubſtantia, ohngeſchwächt des Haupt-Guths; Unde quæritur, quid de alienatione iſtarum rerum, quarum uſusfructus ad patrem vel matrem ſpectat, ſit habendum? diſtinguendum inter res fungibiles & uſu illico conſumtibiles, & cæteras, illas pater vel mater, cum plenum earum dominium in ipſos transeat, quovis tempore alienare poſſunt; has vero, quæ primo uſu non ſtatim conſumuntur, ſed longiore, vel longiſſimo demum uſu atteruntur & paulatim deteriorantur, pater vel mater, ſi velint, ſub initium ſuſceptæ adminiſtrationis, vel omnes, vel quasdam etiam alienare poſſunt.

vid. ſupra notat. ad Tit. 5. §. 23.

ad res immobiles vero quod attinet, illas alienandi facultas parentibus regulariter non eſt conceſſa, niſi ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis (damni ſcil. vel oneris avertendi) ipſos liberos, non eorum parentes concernentis.

vid. L. ult. C. de bon. quæ lib. Lauterb Diſp. *de Alienat. rer. min. th. 45. D. Harppr. Tr. de Uſusfr. ſtat. mat. effect. oner. §. 28. & ſeqq. Ejusd. Reſp. 4. num. 32. & plur. ſeqq. add. infr. not. ad Tit. 10. §. 32.*

Tit. 9. Wie es mit den Haab und Güthern ſo nach ge-

27. In bonis avitis, omnibusque reliquis adventitiis, exceptis iis, quæ liberis ab inteſtato matri vel patri prædefuncto ſuccedentibus obveniunt, non ad dies vitæ, ſed usque ad liberorum connubium, vel ipſorum majorennitatem

nitatem, & propriæ ſimul familiæ inſtauratio- nem utendi fruendi facultas competit paren- tibus; (caſum exceptum vid. infra §. 40) ita tamen ut ad matrem eorum ſaltem bonorum, quæ poſt obitum patris ad liberos pervenerunt, uſusfructus pertineat, illorum vero adventi- tiorum, quæ à liberis vivente adhuc utroque parente acquiſita ſunt, uſusfructus, etiam Jure Wurtemb. ſoli patri acquiratur, quamvis fru- ctus exinde durante ſocietate conjugali per- cepti ad acquæſtum connubialem pertineant, ſicque per indirectum etiam cum matre ſint communicandi; & quod ne mortuo quidem patre iſtorum bonorum uſumfructum mater prætendere valeat, ex §. Was aber ꝛc. h. t. qui §.us illorum duntaxat bonorum uſumfru- ctum matri aſſignat, quæ poſt obitum patris demum liberis obveniunt, evincit, trennter Ehe den Kindern zu fallen ꝛc. §. Was aber ꝛc.

D. Harppr. de Uſusfr. ſtat. mat. effect. oner. in ſupplem. pag. 163.

ſi vero primitus pater relicta uxore, & com- munibus liberis, & poſtea avus fato concedat, bonorum ab avo nepotibus delatorum uſus- fructus non ad ſuperſtitem nepotum aviam, ſed ad matrem ipſorum pertinet.

Id. de Uſufr. mat. qua conſtituendo, §. 12. & ſq.

28. Jure civili pater in iis bonis, quæ fili- usfamilias, una cum patre fratri ſuo germano ſuccedens, ex hæreditate illa conſequitur, nul- lum ſibi uſumfructum vindicat, ſed filius ea pleno jure poſſidet; & hoc quidem ita ſe habet, ſive filius defunctus non niſi bona caſtrenſia vel quaſi, vel etiam adventitia extraordina- ria poſſederit, vel filius emancipatus fuerit; §. Wann jedoch ꝛc.

ſive filiusfamilias etiam bona materna, vel alia quidem, ſed quæ ad peculium adventitium regulare ſpectant, (in quibus patri, filio adhuc vivo, uſusfructus competiit) tenuerit.

per generalit. Nov. 118. cap. 2. Avth. Item hæreditas. C. de bon. quæ lib. vid. Dn. D. Schœpffii Dodecas Theſ. & Differ. inter Jus Com. & Wurtemb. Th. 11.

ſecundum Jus provinciale Wurtemb. autem, ſi parens ſuperſtes cum defuncti ſui filii ſuperſtitibus fratribus vel ſororibus ſuccedit, & patri vel matri in liberorum prius defunctorum bonis, defuncti fratribus vel ſororibus jure ſucceſſionis delatis, uſusfructus in longius tempus competiiſſet, ille parentibus minime adimendus, ſed relinquendus eſt; & hoc obtinet non ſolum in iis bonis, quæ liberis ex paterna ſive materna linea tum ab inteſtato, tum per teſtamentum vel aliunde poſt mortem patris vel matris obvenerunt, ſed etiam in bonis paternis vel maternis, quæ liberi una cum ſuo ſuperſtite patre vel matre ex ſucceſſione matris defunctæ vel patris demortui conſecuti ſunt; aliud vero dicendum de bonis adventitiis, vivente utroque parente liberis quæſitis, in quibus pater excluſa matre, (vid. §. præced. 27.) etiam de Jure Wurtemb. uſumfructum habet, & mortuo filio retinet, hoc enim in caſu ſi pater una cum defuncti fratribus germanis ſuccedit, etiam horum bonorum uſusfructus ſec. Nov. 118. cap. 2. expirat, cum contrarium hic in Jure provinciali diſpoſitum non reperiatur.

vid. Dn. D. Schœpff. d. Theſ. 11. Lauterb. Diſſ.

Diſp. de pecul. adventit. irreg. th. 10. & ſq. D. *Frommann de Adminiſtrat adventit. legit. th. 27.* D. *Bardili de Nuda propriet. th. 39.*

29. Porro quando parentes ab adventitiorum uſufructu per pacta dotalia, teſtamentaria, vel aliam diſpoſitionem, ſalva tamen legitima, ſunt excluſi, tum etiam hoc in caſu plenum dominium ad liberos tranſit, & ſpecies peculii adventitii irregularis conſtituta cenſeri debet, ita ut jure Wurtemb. parentes non ſolum ab uſufructu, ſed etiam ab adminiſtratione, horundem arceantur. §. Wo auch 2c.

Dn. D. *Schæpff. d. Thes. 11.* D. *Frommann, de Adminiſtr. adventit. legit. th. 11. & 27.* utrum verò ad hoc, ut uſusfructus pro ademto habendus ſit, expreſſa prohibitio requiratur, an vero etiam concludentes & urgentes conjecturæ ſufficiant, de eo

vid. D. Harppr. de Uſufr. ſtat. materno, qua conſtituendo, §. 26. add. Ejusd. Tr. de Uſusfr. mat. impedim. & modis ſolv. §. 2. & 3.

30. Circa reſtitutionem rerum uſufructuariarum finito uſufructu faciendam, denuo inter res, quæ ipſo uſu non ſtatim conſumuntur, ſed tantum atteruntur, & res fungibiles, quæ ipſo uſu, vel in totum, vel pro parte, illico conſumuntur, diſtinguendum eſt; quoad illas jure quidem civili dicendum: uſufructuarium & ſic etiam patrem vel matrem, non niſi de damno, dolo, lata vel levi culpa dato teneri, adeoque ſi ſine tali culpa res uſufructuariæ damni quid ceperint, vel plane perierint, liberis hoc nomine nihil reſtitui oportere, nam etiam in hiſce rebus verus conſtituitur uſusfructus, hinc quando uſufructuarius boni viri arbitratu iis uſus §. Und ſo etwa 2c.

uſus eſt, & id, quod finito uſufructu extat, reſtituit, officio ſuo omnimodo ſatisfecit.

L. 1. ff. Uſufr. quem. cav. Lauterb. Exerc. ad Pand. 17. Concl. 9.

Jure autem provinciali Wurtemb conſtitutum eſt, ut etiam res uſu non conſumtibiles ante traditionem, juſto pretio æſtimari debeant, quo facto parentes fructuarii non quidem præciſe tenentur ad æſtimationem, tempore traditionis ſive cœpti uſusfructus, inventario inſertam, ſed res ipſas fructuarias adhuc extantes, (ſi enim perierint ſine culpa uſufructuarii, res perit ſuo domino) in illo ſtatu, in quo nunc ſunt, cum finitur uſusfructus, ſed tamen cum præſtatione ejus, quod intereſt, reſtituere poſſunt.

Lauterb. d. Exercit. 17. Concl. 10.

idque non ſine æquitatis ratione, cum enim res omnes non magno, ſed æquo & medio fere pretio æſtimentur, & præterea parentum liberrimo arbitrio relictum ſit, an ſtatim res tales liberis proprietariis tradere, vel easdem diſtrahere, & pecunia exinde redacta uti velint, non iniquum LLatori viſum fuit, ut qui in uno relevatur, in alio contra aliquatenus oneretur.

D. *Harppr. de Uſusfr. mat. adj.* §. 11. & 12.

res autem fungibiles ſive uſu conſumtibiles aut æſtimato, aut inæſtimato, patri vel matri ad utendum traditæ ſunt, & inventario inſertæ, ſi inæſtimato (quando ſcil æſtimatio culpa patris vel matris omiſſa) tunc finito uſufructu præciſe res ejusd. generis, qualitatis & quantitatis reſtitui debent, nec illarum æſtimatio invitis liberis obtrudi poteſt.

L. 7.

L. 7. ff. de Uſufr. ear. rer. junct. L. 1. §. 1. *C. de reb. cred.* Lauterb. *d. Ex. 17. Concl. 11.*

æſtimato vero ſi conceſſæ fuerint, tunc finito uſufructu, etiam Jure Wurtemb. res ejusdem generis invitis liberis vel eorum hæredibus obtrudi non poſſunt, ſed illarum æſtimatio præciſe reſtitui debet, cum quilibet quaſi uſufructuarius in caſu, quo res æſtimatæ ei dantur, de tanta pecunia ſatisdare teneatur.

§. 2. J. de Uſufructu.

& hæc ipſa æſtimatio in effectu pro vera venditione habeatur, quæ emtori nullam indulget electionem, an promiſſum à ſe pretium, vel aliam rem ejusdem generis reſtituere velit.

D. Harppr. Tr. de Uſufr. mat. adj. d. §. 11 & 12.

31. Quemadmodum liberi, & quidem non ſolum minorennes, quorum ſpecifica mentio fit in pr. h. t. verum etiam majorennes, *Tit. 10. Von Verſicherung der Kinder ꝛc.*

per. generalit. textus Juris provinc. part. 2. tit. 8. §. Ebenmäſig ꝛc.

in omnibus parentum bonis tam acquirendis, quam acquiſitis, tacitam habent hypothecam, ita è contrario, quod parentes etiam perſonalem ſecuritatem præſtare teneantur, nec in part. 2. tit. 8. nec in part. 4. tit. hoc. 10. ſancitum legitur, ut proinde textus juris provinc. part. 4. tit. 5. §. Es ſoll auch ꝛc. in fin. qui præſtationem cautionis uſufructuario injungit, ad alios, quam parentes, reſtringi debeat. *§. Wir gebieten ꝛc.*

D. Harppr. d. Tr. §. 17. & Conſult. 69. num. 66. & ſeqq.

32. Si itaque parentes bona ſua, quæ liberis tacite ſunt oppignorata, alienaverint, nec ſolvendo ſint, liberi actionem hypothecariam contra *§. Und im Fall ꝛc.*

contra quosvis ab illis alienatorum bonorum poſſeſſores intendere, & ita, quod ſuo patrimonio abeſt, conſequi valent.

D. *Harppr. d.* §. 17.

bona vero liberorum propria ſi parentes male alienaverint vel oppignoraverint (aliter ſe res habet, quando ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis alienatio facta)

Conf. Reſcr. Duc. d. d. 22. Junii 1688.

tum liberi, tanquam domini ea vindicant, & quidem, ſi alienatio facta ſit à patre, poſt obitum ejus indiſtincte, vivo eo non, niſi conſentiat: ſi vero mater alienaverit, illa etiam adhuc in vivis agente; quodſi tamen liberi ipſius patris vel matris hæredes ſint facti, per indirectum iſti alienationi acquieſcere coguntur, niſi à matre ſine decreto judicis alienatio facta ſit; procedit enim iſta regula, quod liberi & hæredes teneantur præſtare factum defuncti, tum demum, ſi contractus per ſe firmus ſit & validus, ſecus ſi contra diſpoſitionem Legis initus, adeoque nullus ſit.

vid. Wibelius de Contract. mulier. Cap. 3. §. 2. num. 32. & Cap. 6. num. 91.

matri enim neceſſitas decreti nullibi in jure remiſſa legitur, cum è contrario pater ſine decreto bona liberorum alienare poſſit.

L. ult. §. 4. & 5. C. de bon. quæ lib. D. Harppr. de Uſusfr. mat. adj. & effect. lucr. §. 18.

quando autem actus defuncti per ſe eſt nullus & invalidus, tunc quia & ipſe ex eo efficaciter non obligatur, etiam hæredi contra factum ejus venire licet.

Carpz. Jpr. for. part. 2. conſt. 14. def. 70. num. 9. & 10. & Conſt. 15. def. 4.

33. Sicuti

35. Sicuti alias univerſalis uſufructuarius ad ſolennis inventarii confectionem, vel ad minimum ad privatam bonorum deſcriptionem obſtringitur, ita etiam pater & mater (quamvis jure communi patri publica inventarii confectio remiſſa ſit.) *d. §.* Und im Fall ꝛc.

D. *Harppr. Contin. Differ. J. Com. & Wurt. th. ult. Id. in* Differ. *March-Bad. p. 6. th. 9.*

de Jure Wurtembergico inventarium conficere tenentur.

Lauterb. Diſſ. *de Uſufr. pat. th. penult.* D. *Frommann de Adminiſtr. adv. leg. th. 15. 32. & 33.*

licet enim ipſi tanquam adminiſtratores & uſufructuarii legitimi ad rationes reddendas regulariter non obſtringantur, tamen, quia in tempus uſusfructus finiti bona proprietariis, liberis videlicet eorumve hæredibus, reſtitui debent, tum ipſorum liberorum, tum etiam parentum maximopere intereſt, bona publice, vel ubi LL. hoc indulgent, privatim deſcribi, ut eo certius conſtet, utrum aliquid ex iſtis bonis deficiat, & quid finito uſufructu reſtitui oporteat; & ut tanto facilius omnis abuſus & deterioratio impediatur; ubi illa, quæ deſunt, requiri oporteat, & ſic porro.

vid. D. Harppr. de Uſusfr. ſtat. materni adj. & effect. lucr. §. 4. & 5.

34. Onus alendi liberos parentibus uſufructuariis incumbit, etiamſi parentes in ſecundo conjugio vivant, cum enim patri vel matri uſusfructus bonorum ad liberos pertinentium pro educatione & alimentorum præſtatione conceſſus ſit, & vitricus vel noverca de illis bonis jure ſocietatis conjugalis participet, æquum *Tit. 11.* Wie die Nieſſung verwirckt werde. ꝛc. §. Nachdeme ꝛc.

æquum eſt, ut privignis etiam ex communibus ſocietatis bonis alimenta præſtentur.

arg. L. 10. *ff. de reg. jur.* Lauterb. *de ſingulari Affinium jure*, Diſſ. 2. *cap.* 4. *num.* 5. & *ſeq.*

ſi vero uſusfructus ex bonis liberorum prioris matrimonii alimentis eorum non ſufficiat, tum vitricus vel noverca (niſi aliud per pacta dotalia ſit cautum, vel liberi operas ſuas præſtiterint in ædibus parentum) hoc nomine juſtam contra ſuos privignos formant prætenſionem.

D. Harppr. de Uſusfr. mat. effect. oner. §. 7.

quodſi vero nulla plane bona habeant liberi prioris matrimonii, tum pater vel mater naturalis, etiam cum diminutione acquæſtus conjugalis, alimenta ipſis ſubminiſtrare poteſt, imo tenetur, ita quidem, ut etiam vitricus vel noverca dimidiam partem ferre, neque eo nomine quicquam ex bonis alterius conjugis repetere valeat, cum enim, quicquid pater vel mater ex priori matrimonio liberos habens ſua opera & induſtria acquirat, illud, uti & omnes ejusdem bonorum fructus acquæſtui conjugali cedant, atque alteri conjugum communes fiant, ipſa æquitatis ratio ſuadet, ut hoc quoque onus commune fiat, & ad ſocietatis onera referatur, neque vitricus vel noverca juſtam conquerendi cauſam habet cum ſibi imputare debeat, quod cum tali perſona nuptias contraxerit, quæ tot alendos liberos habet, & oneroſam paſcit familiam, cujus conditionem ignorare nec potuit nec debuit.

L. 24.

L. 48. ff. de fideiuſſ. L. 19. ff. de reg. jur. Lauterb. de Ære alieno in ſoc. conj. contr. ſolv. §. 31. num. 11. & ſq. D. Harppr. Conſ. 43. num. 193. add. Dn. D. Graß Diſſ. de Arbitr. fam. erc. § 1.

35. Ad onus alimentationis refertur etiam onus ſumtuum in ſtudia, opificia, artificia; quod ipſum etiam parentibus intuitu uſusfructus in bonis liberorum ipſis competentis incumbit; & ſi quidem hic ipſe uſusfructus tam amplus ſit, ut his ſumtibus ſufficiat, pater vel mater illos de ſuo, vel ex his ipſis fructibus ſubminiſtrare tenetur, & in dubio præſumitur. d. §. Nachdem ꝛc.

D. Frommann de Adminiſtr. advent. leg. th. 45.

ſi vero uſusfructus adventitiorum filii bonorum tam amplus non ſit, ut expenſis in ſtudia & peregrinationes illius ſufficiat, tunc æquitas expoſcit, ut iidem de filii adventitiis deducantur, ita tamen, ut in hac ipſa ſumtuum in ſtudia erogatorum, & fructuum à parentibus perceptorum contributione, non ad illos ſaltem annos, quibus filius actualiter ſtudiis operam dedit, ſed totum tempus, quo ille uſusfructus duravit, veruntamen deductis alimentis, à prima juventa illis ſubminiſtratis, ſolicitè reſpici, ſicque æquitas undecunque ſpectari debeat.

D. Harppr. de Uſusfr. mat. effect. oner. §. 9. & 10.

36. Prima cauſa, propter quam conjugi ſuperſtiti uſusfructus & adminiſtratio in bonis liberorum adimitur, eſt, ſi turpem ac propudioſam vitam exerceat, idque indiſtincte, ſive intra, ſive poſt tempus luctus turpiter vivat. §. Dieweil ꝛc.

Beſold ad J. P. W. Diſſ. 4. th. 54.

ita ut ſi propter luxuriantem vitam, perverſos & inhoneſtos mores, uſumfructum ſemel amiſerit, eundem non amplius recuperet, licet poſtea meliores mores induat.

Plebſt. ad J. P. W. Diſp. 4. th. 69.

ſecunda cauſa eſt, ſi uxor ante lapſum ſemeſtris, à tempore viduatus, absque ſpeciali diſpenſatione, vel, ſi ex defuncto marito ſit gravida, priusquam partum enixa fuerit, alias nuptias ineat, vel ſi intra ſemeſtre luctui præſtitutum ſtuprari ſe patiatur.

D. Harppr. de Impedim. Uſusfr. mat. §. 17. 19.

ſponſam tamen etiam intra tempus luctus fuiſſe non nocet.

Lauterb. Diſp. de Donat. propt. nupt. th. 69.

liberi quoque, ſi velint, magnæ hujusmodi levitatis gratiam facere poſſunt, & matri hiſce in caſibus uſumfructum relinquere.

Plebſt ad J. P. W. Diſp. 4. th. 67.

tertia cauſa, ob quam uſufructu privatur conjux ſuperſtes, eſt bonorum abuſus, notabilis deterioratio vel dilapidatio, dolo vel lata culpa facta.

D. *Frommann de Adminiſtr. advent. legit. th 90. & ſq.* D. *Harppr. de Impedim. Uſusfr. mat. th.* 18. *& ſequ.*

ſtatutaria tamen portione hiſce ex cauſis non privatur conjux, nec iis, quæ ex pactis nuptiabilibus ipſi debentur, cum citra expreſſam Legem jure ſuo privari nemo debeat.

D. *Bardili Diſp. de Portione ſtatutaria conjugum, th.* 45. *&* 46.

Tit 12. Wo die minderjährige Kinder

37. Avo & aviæ in bonis ſuorum nepotum nullus competit uſusfructus, nec vivis nepotum parentibus, nec iisdem mortuis, inde etiam

etiam eſt, quod ipſis invitis educatio nepotum & adminiſtratio adventitiorum non imponatur, quamvis volentes adminiſtrationem ſuſcipere poſſint, ſine onere alimentationis, cum neceſſitate tamen rationum redditionis & inventarii confectionis, conſtituto inſuper his ipſis nepotibus jure taciti pignoris in bonis talis avi adminiſtratoris. zu erziehen ꝛc.

D. Frommann de Adminiſtrat. adventit. th. 15. D. Harppr. de Uſusfr. ſtatut. mat. impediment. & modis ſolv. §. 14. in fin.

38. Jure Wurtemb. cum onus dotandi propter ſocietatem conjugalem, vivis parentibus, utrique patri & matri ſit commune, cavendum eſt, ne in hæreditatis diviſione onus dotandi liberos, iisdemque donationem propter nuptias dandi, in unum, & quidem prius defunctum conjugem, maritum vel uxorem, devolvatur, cum liberi patri vel matri ſuccedentes, illas tantum dotes conferre teneantur, quas ab illo parentum, cui ſuccedunt, acceperunt, non vero illas, quas alii parentes adhuc viventes iisdem dederunt. *Tit. 13.* Von Verheyrathung und Außſteurung der Kinder ꝛc. §. Und ſollen ꝛc.

L. 17. C. de Collat. Lauterb. Diſſ. *de Ære alieno in S. C. contr. ſolv. §. 25. & 26. add. Reſcr.* Duc. *d. d. 20.* Julii *1683. §. 3.*

39. Si liberi habeant bona materna vel paterna, quorum uſusfructus ad patrem vel matrem ſpectat, pater vel mater iſta bona, remiſſo uſufructu ſibi hactenus competente, liberis in dotem vel donationem propter nuptias dare poteſt, ita ut eos ex propriis facultatibus dotare non teneatur, §. Im Fall ꝛc.

D. *Harppr.* Differ. *March-Bad. part. 6. th. 12. Ejuſd. Tr. de Uſusfr. mat. effect. oner. §. 11. & 12.*

inde etiam parentes binubi liberis ſuis, quos habent ex priori matrimonio non ex bonis ſocietatis communibus, ſed ex bonis liberorum propriis, dotem & donationem propter nuptias conſtituere debent, adeo ut ſi maritus ejusmodi liberis dotem vel pp. N. donationem, aliaque ſimilia, ex acquæſtu conjugali de facto dediſſet, eorundem noverca matrimonio & ſocietate ſoluta, tantundem ex eo præcipere poſſit.

Lauterb. Diſſ. *de Ære al. in ſoc. conj. contr. ſolv.* §. 28. D. *Harppr. Conſ.* 43. *n.* 166. *ſq. add. d.* Reſcr. *Duc. de A.* 1683. *d.* §. 3. *n.* 1.

§. Würde ſich ꝛc. 40. Illud hic notari meretur, quod ſi liberi nuptias inituri patri vel matri debitum obſequium & officium detrectaverint, & propria autoritate contra parentum voluntatem, vel ſine illorum conſenſu & præſcitu, matrimonium inierint, quod uſusfructus in bonis avitis & cæteris adventitiis, per ipſorum matrimonium alias finiendus, ex peculiari Juris provincialis diſpoſitione in perpetuum, ſive usque ad patris vel matris obitum duret.

D. Harppr. de Uſusfr. ſtatut. materni impedim; § 37.

Tit. 14. Wie die erarmte dürfftige Eltern ꝛc. 41. Parentes egeni & ſenio confecti à liberis alendi ſunt, in quo caſu neceſſitatis bona liberorum adventitia etiam ab ipſo patre vel matre alienari poſſunt.

vid. J. prov. §. *un. h. t.* L. *ult.* §. 5. C. *de bonis, quæ liber.*

alienationis enim prohibitio ad ſolas voluntarias, non ad neceſſarias alienationes pertinere intelligitur.

arg. L. 1. *ff. de fundo dotali.*

&

& quamvis alias alimenta regulariter non ex proprietatis diſtractione, ſed duntaxat ex fructibus præſtanda ſit

L. 3. ff. ubi pupill. educ. deb.

tamen in caſibus, quando alimenta jure naturæ vel officio judicis alicui debentur, fructibus deficientibus vel non ſufficientibus ipſa etiam proprietas diſtrahi poteſt.

conf. D. Harppr. Tr. de Uſusfr. mat. effect. oner. §. 28. 29. & 30. Ejusd. Conſ. 59. num. 64. ſq.

non cogitur tamen filius æs alienum patris ſolvere.

Beſold ad J. P. W. Diſp. 4. th. 59 & ſequ.

42. Si primo decedat avus, ſuperſtite filio & nepotibus ex illo, uſusfructus partis hæreditariiæ ex ſubſtantia patris ejus filio delatæ ad filii hujus matrem pertinet; ſed ſi ex poſt facto etiam filius moriatur, iſtius portionis proprietarius, tunc proprietas iſtorum bonorum ad ejus viduam, & ex illa ſuſceptos liberos, aviæ uſufructuariæ nepotes devolvitur, ita nempe, ut cuilibet ſua portio in illis quoad proprietatem ſit aſſignanda; ſed hoc facto, ſi aliquis ex iſtis nepotibus, quorum avia adhuc in bonis ab avo ad patrem ipſorum, & poſt hujus deceſſum jure proprietatis in ipſos translatis, jus utendi fruendi habet, ſine liberis moriatur, ab hoc ipſo nepote relicta vidua, illis in bonis, quæ huic ejus marito nudo proprietatis nexu devincta fuere, ſuccedere nequit.

Tit. 15. Von Vererbung der hinterfälligen Güther ꝛc.

§. Aus ſondern ꝛc.

D. Harppr. de Uſufr. ſtatut. materno, qua conſtituendo, §. 16. in fin.

43. E contrario, ſi v. g. filii mater moriatur, tunc ad ipſum delatæ partis hæredita-

§. Wann aber ꝛc.

riæ uſusfructus ad patrem ipſius pertinet; quodſi etiam filius ex poſt facto moriatur, relicta uxore & communibus liberis, tunc quidem, cum reliquo ipſius patrimonio, etiam hæreditaria, ex ſubſtantia materna, nudæ proprietatis jure, ad ipſum devoluta bonorum portio inter liberos & viduam ejus dividitur, ſed ſi poſtea etiam avus fato concedat, tum iſtorum bonorum, quibus poſt obitum filii uſusfruitus eſt avus, & quæ nunc ipſo mortuo illius nepotibus (extra portionem ipſius matris, quæ pleno jure ad ipſam ſpectat) reſtitui debent, non plena, ſed nuda ſaltem proprietas ad hos ipſos nepotes (licet jamdum uxoratos, vel à matris familia ſeparatos) ad matrem vero eorum uſusfructus pertinet, cum hæc bona non avita, ſed paterna ſint, quibus ipſa mater non ſaltem usque ad ſuorum liberorum majorennitatem, vel propriæ familiæ inſtaurationem, ſed per omnem ſuam vitam fruendi jus habet.

D. *Harppr. de Uſusfr. ſtat. materni impedim. & modis ſolvendi. §. 6. & 7.*

§. Es ſoll auch ꝛc. 44. Sicut ii, qui nudam rei proprietatem habent, eandem pro lubitu, ignorante, imo plane renitente & invito uſufructuario valide alienare poſſunt,

L 17. §. 1. *ff de Uſufr. L. 2.* C. *eod. Bardili, Diſp. de nuda propriet. th. 27. & 28.*

ita Jure Wurtemb. etiam liberi quovis modo de his bonis contrahere, ſe obſtringere & diſponere valent, adeo ut parentes uſufructuarii in hoc caſu nec retrahendi facultatem habeant.

D. Harppr. de Uſusfr. mat. effect. oner. §. 35.

con-

concurrentibus tamen, ſi minorennes ſint, neceſſariis ad hanc alienationem requiſitis: quamvis enim Jure communi ſine conſenſu patris neque obligatio neque alienatio quævis bonorum adventitiorum à liberis valide fieri poſſit, jure tamen Wurtemb. hæc omnino ſubſiſtit.

vid. ſupr. notat. ad part. 2. tit. 31. §. 138. Dn. D. Schœpff Dodec. Thes. & Differ. inter Jus Commun. & Wurtemb. th. 8.

liberam quoque in hiſce bonis teſtandi facultatem habent liberi, ſalvo tamen uſufructu patri vel matri debito, & legitima, tum patri matrive, tum & aliis, puta liberis & conjugi debita itidem ſalva, modo hoc in caſu liberi teſtari volentes annum ætatis 16. compleverint.

D. Harppr. d. Tr. §. 34. & 38.

45. Circa ſucceſſionem ab inteſtato in genere videndum, an hæredes legitimi ſ. ab inteſtato ſubditi & incolæ ſint hujus Ducatus, an v. extranei & forenſes? circa hos porro diſpicien dum, utrum illis in locis, ubi iſti extranei degunt ad ſucceſſionem ab inteſtato proximorum Conſangineorum pariter admittantur ſubditi Wurtemb. an v. ab illa arceantur & excludantur? priori caſu hæreditas extraneis delata in hoc Ducatu non aufertur, ſed juri ſaltem detractus certo in caſu eſt obnoxia.

Tit. 16. Von Succeſſion der Deſcendenten ꝛc.

§. Auf Abſterben ꝛc.

§. So aber ꝛc.

§. Wann aber ꝛc.

ſec. Ord. Prov. Tit. 4. §. 5.

caſu a. poſteriori Juri Retorſionis locus eſt, ita ſcil. ut portio hæreditaria, cujus ipſi extranei incapaces declarantur, reliquis cohæredibus in Ducatu hoc degentibus accreſcat.

vid. Reſcr. Duc. d. d. 8. Decemb. 1725. ejusque declaratorium, d. d. 29. Dec. 1727.

In ſucceſſione autem ab inteſtato illi, qui in linea deſcendente ſunt, ante omnes alios veniunt, dum his parentum ſimul & naturæ commune votum hæreditatem tribuit.

L. 7. in fin. ff. ſi tab. teſtam. L. 7. pr. ff. de bonis damnat.

ideoque liberi indiſtinctè, cujuscunque gradus fuerint, tam aſcendentibus, quam ex latere venientibus præferuntur; & quidem, ſi ſoli ſint liberi primi gradus, ſuccedunt in capita; ſi remotiores concurrant, hi jure repræſentationis ſuccedunt in ſtirpes; quod ipſum jus repræſentationis in linea deſcendenti locum habet, non tantum ſi diſparis gradus liberi concurrunt, ſed &, ſi omnes ulterioris gradus fuerint, ut puta ſi nepotes vel pronepotes ſoli inter ſe quoad ſucceſſionem avi concurrant, ubi non numerus nepotum, ſed ſtirpium in hæreditatis diviſione attenditur.

L. 2. C. de ſuis & legit. hæred.

quamvis enim hi ipſi æquali gradu ab avo diſtent, & inde etiam æquali jure ac in capita ſuccedere videantur, attamen, quia nepotes non tam jure proprio, quam jure à parentibus ad ſe transmiſſo ſuccedunt, hinc nihil amplius capere poſſunt, quam parens eorum, ex cujus jure vel in cujus locum ſuccedunt.

Dn. Stryck de ſucc. ab inteſt. Diſſ. 1. cap. 2. §. 35.

§. Da aber ꝛc. 46. Diſpoſitio Juris provincialis Wurtemb. in §. Da aber ein Kind ꝛc. fundata eſt in

L. 1. §. 11. ff. de Succeſſ. Edict.

ubi, ſi ille, cui bonorum poſſeſſio ex capite Unde liberi delata, tempore vel repudiatione exclu-

excluſus ſit, & ita cæteris deferatur, ipſe repudians ſibi ſuccedere poteſt ex Edicto ſucceſſorio, hoc effectu, ut quod ex titulo Unde liberi, amplius petere nequit, ex ſequenti parte, Unde legitimi petat; quodſi ergo hoc in ipſo repudiante obtinet, cur non idem in repudiantis liberis.

Dn. Stryck d. Tr. Diſſ. 1. *cap.* 2. §. 30.

ex quo etiam illud adſtruitur a Doctoribus, quod liberi ad ſucceſſionem per totos 90. annos admittantur, nimirum, cum ipſis ſucceſſio non tantum ex capite Unde liberi, verum etiam ex aliis adhuc duobus capitibus, nempe Unde legitimi & Unde cognati comparata ſit, & vero ex ſecundo capite, Unde legitimi, non poſſit agi durante primo ad 30. usque annos, eapropter, nec præſcriptionem contra aditionem ex ſecundo hoc capite currere exiſtimant; quemadmodum nec ex tertio agi poſſe contendunt, durante adhuc ad alios 30. annos ſecundo capite, atque ita nec eidem præſcribi poſſe, vel præſcriptionem contra aditionem ex hoc tertio capite incipere valere.

per L. 1. §. 2. *C. de Annali except.* L. 2. § 4. *ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* D. *Harppr. Reſp.* 44. *num.* 73. *& ſequ. D. Heinr. Hildebr. Diſp. de Jure ſeculi, Cap.* 3. § 6. *vid. tamen Dn. Coccejus in Diſp. De Eo, quod juſtum eſt in dubio*, *Sect.* 6. §. 9.

47. Legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt cum legitime natis, ſive ante ſive poſtea nati ſint, æqualiter, & per omnia cum hiſce ad paria judicantur, quia ſubſequens matrimonium omnia vitia tollit, etiamſi

Tit. 17. Wie dieſenige Kinder erben, ſo auſſer der Ehe ꝛc.

§. Was in vorgehen-dem ꝛc. etiamſi legitimatio facta ſit poſt intermedium matrimonium, vel in articulo mortis.

Lauterb. Diſſ. de Legitimat. per ſubſequ. matrim. th. 30. 32. & 37.

§. So viel dann ꝛc. 48. Circa Legitimatos per Reſcriptum Principis diſtingnitur, utrum liberi juſti ante §. Doch wann ꝛc. illorum legitimationem jam extiterint, quo caſu cum his non ſuccedunt, ſed ab iis exclu-§ Wann aber ꝛc. duntur.

Nov. 89. cap. 11. §. 1.

quia liberi juſti ſive legitime nati jus quæſitum habuere, antequam reliqui legitimarentur, quod ipſis ablatum non cenſetur, niſi legitimatio facta ſit ad petitionem patris, à Principe ex plenitudine poteſtatis, & cum clauſula non obſtante. (ſcil. quod liberi legitimi jam adſint.)

conf. Dn. D. Schvvederi Diſp. de Jure liberorum inſcio vel non conſent. patre legit. th. 18.

hoc enim caſu ſuccedunt cum legitimis, ita tamen, ut hiſce portio legitima præcipua relinquatur.

Carpz. J. F. p. 2. c. 6. def. 27. Struv. S. I. C. Ex. 3. th. 55.

an vero poſtea ſupervenerint, quo caſu legitimati cum illis æqualiter ſuccedunt, quia per legitimationem jus ſucceſſionis & ſuitatis ſibi quæſiverunt, antequam legitime nati in rerum natura exiſterent, quod ipſis ex accidenti non eſt auferendum.

Dn. Stryck de ſucc. ab int. Diſſ. 1. cap. 2. §. 72. & 73.

§. Und auf den Fall ꝛc. 49. Si pater liberos legitime natos non habeat, legitimati per reſcriptum ſoli ſuccedunt, excluſis reliquis agnatis, modo vivo adhuc patre

patre, vel eo mortuo ex patris diſpoſitione & voluntate legitimati fuerint, nam ſi talis deſtinatio patris non adſit, & filii naturales legitimationem proprio motu impetraverint, agnatis hoc non præjudicat, cum ipſis jam tempore mortis delata ſit hæreditas.

Dn. Stryck *d.* Diſſ. 1. *cap.* 2. §. 75.

50. Si pater defunctus liberos aut conjugem legitimam reliquit, tum liberi naturales non ſuccedunt, ſed iis tantum alimenta debentur, ſecundum ſubſtantiæ menſuram determinanda, quandoque etiam à magiſtratu ex officio præſtanda, quando ſcil. liberi legitimi ea ex arbitrio boni viri præſtare recuſant; nec transactio cum matre inita infanti quoad alimenta præjudicat, præcipue ſi mater ſit inops, vel deceſſerit, nec reliquerit, unde partus ali queat. *Tit.* 18. Wie die Kinder ſo nicht ehelich gebohren ꝛc. §. Wann von ꝛc. & *ſequ.*

Brunnem. ad L. 5. ff. de agnoſc. & al. lib. n 17.

51. Si nec liberi legitimi nec uxor adſint, tunc naturales una cum matre concubina patri ab inteſtato in duabus unciis ſuccedunt, non attento numero naturalium, concubina vero capit portionem filialem. §. Wann aber ꝛc.

Nov. 89. cap. 12. §. 4. Auth. licet. C. de natural. liber.

reliquam hæreditatem capiunt proxima cognatione juncti; nepos autem ex filio naturali avo paterno non ſuccedit, etiamſi nepos ille ex juſto matrimonio ſit ſuſceptus; ſicut nec nepos naturalis ex filio legitime nato ſuccedit.

L. *fin. C. de nat. lib.* Dn. Stryck *de* S. *A. J.* Diſſ. 1. *cap.* 2. §. 46. & 48.

52. In matre omnis naturalitatis reſpectus ceſſat, hinc naturales liberi quoad matrem plane § So viel aber ꝛc. & *ſequ.*

rie legitimorum jure gaudent, & cum legitimis ſuccedunt tam matri quam aſcendentibus maternis.

Dn. Stryck d. Diſſ. 1. cap. 2. §. 52.

& vice verſa mater & aſcendentes materni etiam liberis naturalibus ſuccedunt, hique etiam ad fratrum uterinorum hæreditatem admittuntur.

Dn. Stryck d. Tr. Diſſ. 2. cap. 1. §. 44. & Diſſ. 3. cap. 1. §. 37.

liberi autem, qui à deſponſatis, licet ante benedictionem ſacerdotalem mortuis nati, non ut filii naturales, ſed ut ex legitimo matrimonio ſuſcepti, per omnia ſuccedunt, adeo plane, ut etiam omnes patriæ poteſtatis effectus quoad hoſce liberos obtineant.

vid. D. Harppr. Diſp. de Jure liberorum à deſponſatis ante benedict. ſacerd. nec ex poſt ſubſecutum, procreat. Cap. 2. § 1. & ſequ. Id. in Cons. 25. num. 86. & ſq.

§. Die Baſtard ꝛc. 53. Liberi ſpurii ſeu vulgo quæſiti patri non ſuccedunt, cum, quem patrem habeant, minime conſtet, in matris verò ſucceſſione ſpuriis idem jus, quod naturalibus, conceſſum, excepta ſaltem matre illuſtri, cui, ſi liberos legitimos habeat, ſpurii non ſuccedunt.

L. pen. ad. SC. Orphit.

ſi tamen de patre certo conſtare poſſit, ſpurio idem jus, quod naturali, hodie conceditur.

Dn. Stryck d. Diſſ 1. cap. 2. §. 53.

§. Obwohl ꝛc. 54. Liberi inceſtuoſi & ex adulterino coitu nati jure civili nec alimenta capiunt.

Nov. 89. cap. 15. Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.

quod

quod tamen de lautioribus alimentis aliqui qui intelligunt Jure Canonico autem aliis debentur;

Cap. 5. X. de eo, qui dux. in matr.

quid vero circa ſucceſſionem liberorum, ex nuptiis jure humano prohibitis, procreatorum, obtineat,

vid. Dn. Stryck *de* S. *A.* J. *Diſſ. 1. cap. 2. §. 59. add. Beſold ad* J. P. *W. Diſſ. 4. th. 66.*

55. Deficientibus deſcendentibus aſcendentes ad ſucceſſionem veniunt, in ipſa vero linea aſcendente per parentes primi gradus remotiores aſcendentes omnes à ſucceſſione excluduntur, hinc ſi mater cum avo paterno concurrat, mater ſola ſuccedit. *Tit. 19. Von Succeſſion der Aſcendenten ꝛc.* *§. So dann ꝛc.*

Nov. 118. cap. 2.

cum jus repræſentationis non locum habeat in linea aſcendente, quippe quod exigit, ut perſona una in alterius locum tranſeat, à qua ſanguinem trahit, jam vero pater à filio ſanguinem non trahit, ut ſic contra naturam foret, ſi pater in filii locum per repræſentationem tranſire vellet.

Dn. *D. Graß, poſit. controv. ad* Lib. 3. *Inſtit. prior.* 13. *tit. th. 6.*

56. Deficientibus primi gradus parentibus reliqui aſcendentes ad ſucceſſionem vocantur, ita tamen, ut ſemper proximior ſuccedat, hinc avia materna proavum paternum excludit & v. v. ſi vero ejusd. gradus plures concurrant parentes, hi, ſi ſoli ſint, hæreditatem inter ſe in lineas dividunt, ita ut dimidiam capiant aſcendentes ex patre, dimidiam aſcendentes ex matre; idem obtinet in ulteriorum *§. Wo dann ꝛc.*

aſcen-

aſcendentium concurſu, v. g. reliquit defunctus ex avo paterno, proavum A. & proaviam B. ex avia paterna, proavum C. ex matre vero reliquit ſolam proaviam D. quæritur, quomodo hi in pari gradu conſtituti, defuncti hæreditatem dividant? Reſp. in duas portiones, quarum unam capiunt A. B. C. alterum D. verum, an illa dimidia, quæ tribus illis proavis A. B. C. aſſignata, inter hos iterum in capita, an vero in lineas dividenda? Reſp. in lineas, quia C. aſcendit per aviam paternam, A. & B. vero per avum paternum, ergo habenda ratio linearum; neque vero his in caſibus attendenda diverſitas ſeu origo bonorum, ita ut aſcendentes ex matre in bonis maternis, ex patre in bonis paternis, in reliquis vero ab ipſo filio quæſitis æqualiter ſuccedant, quia bona ſemel confuſa, ſeparationem iterum non admittunt.

Dn. Stryck d. Diſſ. 2. Cap. 1. §. 19. 20. & 21.

Tit. 20. Von Vererbung deren, ſo zumahl in aufſteigende rc.

57. Jure veteri fratrum cauſa potior erat, dum patrem à ſucceſſione excludebant.

L. fin. C. Commun. de Succeſſ.

ſed id jure noviori mutatum, ubi fratres germani cum aſcendentibus æqualiter ad ſucceſſionem vocantur.

Nov. 118. cap. 2.

§. Wann rc. §. Welches auch rc.

quamvis enim frater gradu proximior ſit, quoties tamen de ſucceſſione perſonarum ex diverſis lineis quæritur, toties graduum ratio ſola non habetur; ſuccedunt autem fratres germani cum parentibus æqualiter in capita, & licet alias parentes ulteriorum graduum diſparis numeri in lineas ſeu duas dimidietates ſuccedant,

con-

concurſus tamen fratris id operatur, ut in capita ſuccedant omnes; fratres autem conſanguinei & uterini, eorumque liberi ab aſcendentibus excluduntur.

vid. Dn. Stryck de ſucc. ab int. Diſſ. 2. Cap. 1. §. 23. & 28.

58. Sicuti autem aſcendentes & fratres germani in capita ſuccedunt, ita fratrum germanorum filii ſuccedunt in ſtirpes, & tantum capiunt, quantum pater eorum, ſi in vivis fuiſſet, percepiſſet; nepotes vero ex fratribus hoc in caſu plane excluduntur, quia jus repræſentationis in linea collaterali non niſi fratrum liberis indultum eſt. §. Würde aber ꝛc. §. Woſern dann ꝛc.

Nov. 127. cap. 1.

tum demum vero ad ſucceſſionem admittuntur cum aſcendentibus fratrum germanorum liberi, ſi cum fratribus germanis concurrunt, quo caſu jus repræſentationis, quod alias non niſi in linea deſcendenti obtinet, ipſis ſpecialiter conceſſum; ſecus ergo ſe res habet, ſi ſoli concurrant cum aſcendentibus, tum enim ab his excluduntur, quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.

d. Nov. 127. cap. 1.

contraria tamen ſententia, uti quoad caſum poſteriorem in praxi communiter recepta,

vid. Dn. Stryck d. Diſſ. 2. Cap. 1. §. 31.

ita Jure quoque Wurtemb. ſpecialiter approbata eſt.

Lauterb. Tr. de ſingulari fratrum jure, Part. 2. membr. 2. §. 35. Bardili Ex. ad Pand. 13. Concl. 11. Dn. D. Graß, poſit. contr. ad lib. 3. Inſt. pr. 13. tit. th. 8. lit l.

59. Cæterum ſi fratrum germanorum liberi ſoli ſint, ita ut nec aſcendentes nec fratres *Tit. 21.* Von *Succeſſion* der *Collateral*n *&c.*

§. So aber 2c. tres germani concurrant, in capita ſuccedunt, non in ſtirpes, jure repræſentationis enim hoc in caſu non amplius opus habent, cum nemo ſit gradu proximior, qui eos antecedat & à ſucceſſione excludat, ſed ipſi omnes defuncto æquali gradu ſunt conjuncti, neque hoc in caſu fratrum liberi à patruo ſuo, uti v. g. nepotes in linea deſcendente ab avo ſanguinem trahunt, quibus ideo jure repræſentationis omnino opus eſt.

Dn. Stryck de S. A. J. Diſſ. 3. cap. 1. §. 8. & ſq.

hinc quæritur, ſi in ſucceſſione concurrant frater germanus, Titius, & ex fratre prædefuncto itidem germano, unicus filius Cajus, an ſuperſtes Titius pro ſua parte renunciando hæreditati fraternæ, efficere poſſit, ut liberi ejus cum Cajo ſimul in capita ſuccedant? Reſpondetur negando, ſed portio repudiantis hoc in caſu Cajo accreſcit; quanquam enim frater in ſecundo, liberi vero fratris in tertio gradu ſint, tamen, quantum ad juris ſuccedendi effectum, propter jus repræſentationis, uterque in eodem ordine & gradu conſiſtere cenſetur, quoties autem duo pluresve ejusdem gradus ad hæreditatem vocantur, toties portio repudiantis reliquis ejusdem gradus ſucceſſoribus jure accreſcendi accedit.

§. fin. J. de SCto Orphit. L. 9. ff. de ſuis & legit.

aliter ſe res habet, quando repudians ſolus eſt in eo gradu, tum enim locum habet ſucceſſorium edictum, & hæreditas ad gradu proximè ſequentem devolvitur.

§. 7. J. de legit. agn. ſucc. L. ult. §. 3. C. de legit. hæred.

ita

ita v. g. ſi defunctus poſt ſe relinquat germanum & conſanguineum, & ille repudiet hæreditatem, tum non conſanguineus, ſed repudiantis liberi ad ſucceſſionem admittuntur.

Frantz. ad Inſtit. Tit. de Hæredit. quæ ab inteſt. cap. 11 num. 12. Lauterb. de ſingul. fr. jure p. 2. memb. 2. §. 44.

unilaterales enim per fratrum germanorum liberos, ob duplicitatem vinculi, à ſucceſſione excluduntur.

Lauterb. de ſing. fratr. jure, d. part. 2. memb. 2. §. 43. Dn. D. Graß, poſit. controv. ad Lib. 3. Inſtit. prior. 13. tit. ib. 9.

60. Si unilaterales ſoli ſint, hi ipſi ad ſucceſſionem admittuntur, ſive conſanguinei ſint ſive uterini, absque ulla bonorum, undecunque hæc provenerint, diſtinctione. §. Solte aber ꝛc. §. Gleicher geſtalt ꝛc.

Lauterb. de ſingul. fr. jure, p. 2. memb. 2. §. 45.

& ſi ex his aliquis mortuus, liberi ex illis nati perinde parentum occupant locum, uti de liberis fratrum germanorum dictum; Jure vero Wurtemb. non tantum nepotes fratrum bilateralium una cum fratribus unilateralibus admittuntur in capita, ſed & ſi nepos ex duplici copula concurrat cum fratrum ex uno latere liberis tantum, omnes quoque ex æquo in capita ſuccedunt; de cætero autem nepotes fratrum cum aliis lineæ collateralis cognatis concurrentes nulla gaudent prærogativa, ſed, uti ſecundum jus commune obtinet, à proximioribus gradu excluduntur.

Lauterb. Differ. J. Com. & Wurtemb. part. 4. §. 17. vid. d. §. Gleichergeſtalten ꝛc.

61. Ultra fratrum enim liberos, & Jure Wurtemb. ultra fratrum germanorum nepo- §. Ferner ꝛc.

tes, nec jus repræſentationis amplius locum habet, nec duplicitas vinculi attenditur, hinc proximi gradu in linea collaterali hoc caſu remotiores omnes, cujusc. ſint generis, a ſucceſſione excludunt, & qui eundem gradum occupant, æqualiter inter ſe in capita ſuccedunt, unde patruus defuncti unilateralis & germanus invicem concurrunt, & fratrum unilateralium liberi potiores ſunt in ſucceſſione patruo defuncti germano.

Dn. .:ryck de S. A. J. Diſſ. 3. cap. 1. §. 26. ſq.

Tit. 22. De Transmiſſione &c. §. Nachdem. ꝛc. §. Setzen. ꝛc.

62. Hæreditas non adita regulariter ad hæredis hæredes non transmittitur, neque jus adeundi ſeu acquirendi hæreditatem hæredi competens in ſucceſſores illius tranſit, ſed hærede, cui hæreditas delata eſt, ante ejus aditionem defuncto, vel ſubſtitutioni, vel juri accreſcendi, vel ſucceſſioni ab inteſtato via aperitur.

pr. J. de hæredit. ab int. §. 2. J. quib. mod. teſtam. inf.

dantur tamen exceptiones ab hac regula, ubi ſcil. hæreditas etiam nondum adita transmittitur ad hæredes, & quidem diverſimode, pro diverſitate ſpecierum transmiſſionis, quarum 1. ſeſe fundat in jure deliberandi. 2. in jure ſuitatis. 3. in jure ſanguinis. 4. in jure patris.

vid. Lauterb. Diſp. de Transmiſſionibus, th. & ſequ.

§. Wann jemand. ꝛc.

63. Ex capite juris deliberandi hæres cujuscunque ſit generis, ſive ſit ſuus, ſive extraneus, nam & ad ſuos jus deliberandi pertinet, hæreditatem ſibi delatam nondum tamen acquiſitam, nec dum aditam, modo non repu-

diatam

diatam, transmittit ad hæredes ſuos quoscuncunque, ſi decedat intra annum.

L. 19. C. de Jure delib. Lauterb. d. Diſſ. th. 17. 22. 23. & 24.

modo ſciverit, hæreditatem ſibi delatam, deliberare enim non dicitur, qui ignorat, nec ignorans hæreditatem acceptare poteſt.

Bardili Diſſ. de Hæredit. adit. th. 23.

excipitur infans, qui licet, per ætatem, hæreditatem ſibi delatam ignoret, illam tamen intra annum decedens, ad omnes ſucceſſores transmittit.

Nov. 158. pr. & cap. un. Carpz. Jpr. for. part. 3. conſt. 14. def. 23. Brunnem. ad L. 19. C. de Jure deliber.

64. Si intra annum moriatur hæres, etiam hæredis hæredi, quod ex anno reliquum eſt, relinquitur ad deliberandum; ſi verò annus præteriit, & hæres vivat, is ex ſua perſona adire poteſt intra 30. annos, niſi brevius ſpatium à judice determinetur, puta, ſi creditores, aut ſubſtituti, vel ſequentes gradu urgeant aditionem. §. Es aber ꝛc. §. Wann aber ꝛc.

Nov. 1. cap. 1. §. 1.

quodſi enim non urgeant, usque ad 30. annos integrum eſt hæredi adire hæreditatem, quia eousque durat hæreditatis petitio.

Brunnem. ad d. L. 19. num. 2. & 3. add. ſupr. notat. ad Tit. 16. §. 46.

65. Jure ſuitatis hæres, qui in ſacris paternis proximo gradu exiſtit, hæreditatem etiam nondum agnitam transmittit, non ſolum ad deſcendentes, ſed ad omnes ſuos ſucceſſores, & quoscunque etiam extraneos hæredes, ſui enim ſtatim ipſo jure exiſtunt hæredes, nec opus habent aditione. §. Es iſt auch ꝛc. *& ſequ.*

L. 14. ff. de ſuis & legit. §. 3. J. de hæredit, quæ ab inteſt. Lauterb. Diſſ. de Transmiſſ. §. 24. & 25. Bardili Diſſ. de Adit. hæredit. th. 27.

qualisnam autem ratione hujus transmiſſionis differentia ſit inter jus civile & provinciale Wurtemb.

vid. Lauterb. ad J. P. W. part. 4. th. 18. n. 2. & ſq

§. Nachdem auch ꝛc. & ſq. 66. Jure ſanguinis tam ſui quam emancipati, patri vel matri aliisque aſcendentibus ſuccedentes, ſive ſciverint ſive ignoraverint ſe hæredes eſſe, hæreditatem absque aditione & agnitione ad ſolos deſcendentes transmittunt.

L. un C. de his, qui ante apert. tab. Carpz. Jpr. for. p. 3. c. 14. def. 23. Lauterb. d. Diſſ. th. 18.

quomodo hic differat à jure civili Jus provinciale Wurtemb. & qua ratione illam, quæ fit jure ſuitatis cum iſta, quæ fit jure ſanguinis, per omnia ſibi invicem exæquaverit.

vid. Lauterb. ad J. P. W. part. 4. th. 19.

§. Wann auch einem Kind ꝛc. 67. Jure patris transmiſſio hæreditatis infanti delatæ ad ſolum patrem, ad matrem vero nunquam pertinet, fundatur enim in jure patrio, quæ qualitas matri non competit.

D. Harppr. Diſſ. de Transmiſſ. hæredit. à perſona extranea infanti delatæ, th. 19. & ſq.

Jure vero Wurtemb. ſpecialis hic quoad matrem ſanctio extat, quod, ſive illa ſola ſuperſtes ſit, ſive cum patre concurrat, transmiſſio hæc non minus ad ipſam, quam ad patrem pertinere debeat.

D. *Harppr. Differ. J. civ. & Wurtemb. th. ult.*

& quod matris appellatione etiam avia & proavia veniant, dubium non eſt; ad fratres

autem conſtitutio hæc juris provincialis, utpote juris communis correctoria, minime eſt extendenda.

D. Harppr. d. Diß. de Transmiß. hæredit. inf. delatæ, th. 2.

pater autem vel mater talem infanti delatam hæreditatem ſine aditione haud acquirit, adeoque nec transmittit, niſi intra tempus deliberandi, cui conſequens eſt, quod talis hæreditas infanti delata, & à patre transmiſſario non acquiſita non in proximos infantis, vel patris hæredes, ſed in eos, qui defuncto, à quo hæreditas infanti delata eſt, proximi ſunt, ordinario ſeu communi ſucceſſionis jure devolvuntur.

Lauterb. d. Diſp. de Transmiß. th. 34. §. Fer-ners. ꝛc.

68. Si ſuus hæres extraneum cohæredem habeat, nec adierit hæreditatem, tum hoc in caſu jure accreſcendi jus transmiſſionis potius eſt; idem dicendum de hærede extraneo ſubſtituto, nam & ſubſtitutioni præfertur transmiſſio. §. Alſo auch ꝛc.

L. un. §. 5. & 13. C. de Caduc tollend. Plebſt *ad J. P. W. Diſp. 4. th. 165. & 166.*

69. Si hæres impeditus ſit adire hæreditatem, nihilominus transmiſſio locum habet, v. g. ſi inſimuletur reus mortis defuncti, & propterea hæreditas ſequeſtretur; item ſi hæreditas ſit controverſa, & de ea litigetur; item ſi poſthumus ſit præteritus, & à ſcripto hærede hæreditas adiri nequeat, usque dum conſtet mulierem eſſe prægnantem; licet enim hiſce in caſibus ante aditionem moriatur hæres, transmiſſio tamen non impeditur. §. Und nachdem. ꝛc.

D. Bardili Diſp. de Hæredit. adit.

§. Sollte aber. ꝛc.
§. Doch iſt. ꝛc.

70. Si abſens reipubl. cauſa hæreditatem ſibi delatam ignoravit, vel minor hæres factus ante aditam hæreditatem mortuus ſit, tum reſtitutio in integrum non ſolum ei, cui delata eſt hæreditas, competit, ſed etiam in hæredes ejus tranſmittitur.

L. 6. *ff. de reſtit. in int.* L. 42. *ff. de adm tut.*

quamvis enim reſtitutio minorum beneficium ſit perſonale, jus tamen ex hoc beneficio quæſitum, & minori ſemel competens, tanquam in patrimonio & hæreditate ejus exiſtens, ad hæredes omnino tranſit, modo petatur intra illud tempus, intra quod defunctus petere debuit.

L. 2. & 4. *C. de temp. in int. reſtit.*

& certo conſtet, minori reſtitutionis beneficium revera competiiſſe, eumque tali remedio uti voluiſſe & valuiſſe, nam alias, quod quis ipſe non habet, in alium transferre non poteſt; inde, ſi hæreditas infanti ab extraneo delata, nec ab eo adita ſit, cognatis beneficium reſtitutionis in integrum hoc in caſu competere nequit, & hac ratione Jus quoque provinciale Wurt. hoc in paſſu explicandum eſſe docet.

D. Harppr. d. Diſſ. de Transmiſſ. hæredit. infanti del. th. 24. & 25.

Tit. 23. Wie oder wann der *fiſcus* ꝛc.
§. Demnach ꝛc.
§. So ordnen ꝛc.

71. Jure civili Fiſcus ſuccedit defuncto, qui nullum ex qualibet ſanginis linea vel juris titulo legitimum ſucceſſorem inteſtatus reliquit.

L. 4. *C. de bonis vocant.*

adeoque quamdiu adſunt, qui cognationem probare poſſunt, tamdiu non admittitur Fiſcus; deficientibus autem liberis & cognatis prætor conjuges ante Fiſcum ad legitimam ſucceſſionem

nem

nem admiſit, data his bonorum poſſeſſione, unde vir & uxor.

tot. tit. ff. Unde vir & ux. D *Bardili Diſſ. de ſucceſſione Conjugum*, *th.* 17.

in praxi autem collaterales, qui ſunt ultra 10. gradum conſtituti, à Fiſco excluduntur, conjuges verò æque Fiſco ac cognatis ultra 10. gradum præferuntur, quam ſententiam etiam Jus Wurtemb approbavit.

D. *Harppr.* Diſſer. *March-Bad. part.* 6. *th.* 6. D. *Schœpff.* Diſſer. J. C. & *Wurtemb th. ult.*

72. Quamvis autem Fiſcus ſuccedens ad onera hæreditaria obſtrictus ſit, cum hæc ipſi rei cohæreant, *d.* §. So ordnen. ꝛc.

L. 16. *ff. de his, quæ ut indign.* L. 11. *ff. de Jure fiſci.*

& bona non intelliguntur, niſi deducto ære alieno;

L 6. *pr. de* Jure *fiſci.* L. 39. §. 1. *ff. de Verb. ſign.*

attamen ultra vires hæreditatis iſte non tenetur.

L. 1. §. 1. *ff. de Jure fiſci.*

Fiſcus enim illa bona non capit ut hæres, ſed jure proprio ea tanquam vacantia occupat.

Dn. *Coccej.* Diſp. *de Bonis vacantibus*, *th.* 45. & 47.

73. Computatio juris civilis ratione conſanguinitatis unica hac regula abſolvitur: Quot ſunt generationes, tot ſunt gradus; ſive quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus, demta unica, ſive demto communi ſtipite. Jure canonico in linea aſcendente & deſcendente eadem regula obtinet; in linea collaterali æquali hæc: quoto gradu una perſona diſtat à communi ſtipite, toto gradu diſtant inter ſe; in linea vero inæquali: quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe; ita conſobrini de jure civili in quarto, de jure can. *Tit.* 24. Wie die *gradus* der Bluts-verwandtnuß ꝛc. §. In ab- und aufſteigender ꝛc. & *ſequ.*

 in

in ſecundo gr: ita patruus & nepos ex fratre de jure civ. in tertio, de jure canonico in ſecundo gradu conſanguinitatis ſibi invicem juncti ſunt. *conſ. Hoppius ad pr.* J. *de Nupt.* §. 10.

§. In welchem ꝛc. 74. Quoad affinitatem tenenda hæc regula: quo gradu quis uxori junctus conſanguinitate, eo gradu marito junctus eſt affinitate & v. v. ex. gr. in linea aſcendente mater mea in primo gradu conſanguinitatis, ergo ſecundus ejus maritus, vitricus meus in 1. gr. affinitatis mihi junctus eſt; in linea deſcendente neptis avo conjuncta eſt in ſec. gr. conſanguinit. ergo maritus ejus in 2. gr. affinitatis. In linea collaterali patruelis ſecundum computationem juris can. mihi conjunctus eſt in 2. gr. conſanguin. ergo uxor ejus pariter in 2. gr. affinitatis. *vid.* L*auterb. de ſingulari affinium jure, Diſſ.* 1. *cap.* 3. §. 3.

affinitas autem contrahitur ſolum inter maritum & uxoris conſanguineos, & viciſſim uxorem inter & mariti conſanguineos; ſicut ergo conſanguinei amborum conjugum non fiunt affines, ita etiam duo fratres, qui duas ſorores ducunt, nullo affinitatis vinculo id facere impediuntur.

L*auterb. d.* D*iſſ.* 1. *cap.* 5. *num.* 18. *& ſeq.*

§. Was dann ꝛc. 75. Computatio juris civilis adhuc hodie locum habet in ſucceſſionibus tam allodialibus quam feudalibus, in tutela proximis agnatis vel cognatis deferenda, in materia probationum &c. Juris vero canonici computatio etiam à Proteſtantibus hodie in matrimonialibus, & quæ inde pendent, criminalibus obſervatur.

vid. Ordinat. Matrim. Wurtemb. Parte 3. *Cap.* 1. §. 7. *Carpz.* Jpr. *eccleſiaſt. part.* 2. *def.* 75.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

3C

Digitized by Google

[illegible]5656668

Digitized by Google